

INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE

**E L E M E N T A
AD FONTIUM EDITIONES
XXXIII**

**RES POLONICAE EX ARCHIVO REGNI DANIAE
VI PARS**

ediderunt

**CAROLINA LANCKOROŃSKA
et GEORGIUS STEEN JENSEN**



NON EXSTINGUETUR

R O M A E 1 9 7 4

INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE
VIA DEGLI SCIPIONI 284 - ROMA

IAM PRIDEM ROMAE PRODIERUNT HAEC VOLUMINA
(continuatio *Studia Teologiczne* — Wilno, vol. I-X):

- XI — MEYSZTOWICZ V., *Repertorium bibliographicum pro rebus Polonicis Archivi Secreti Vaticani*. Vaticani, 1943.
- XII — MEYSZTOWICZ V., *De archivo Nuntiaturae Varsaviensis quod nunc in Archivo Secreto Vaticano servatur*. Vaticani, 1944.
- XIII — SAVIO P., *De Actis Nuntiaturae Poloniae quae partem Archivi Secretariatus Status constituunt*. Romae, 1947.
- XIV — MEYSZTOWICZ V., *Prospectica descriptio Archivi Secreti Vaticani*. (Ed. chirotypica, exhausta).

ANTEMURALE, I-XVIII Romae, 1954-1974

ELEMENTA AD FONTIUM EDITIONES

- Vol. I — *Polonica ex Libris Obligationum et Solutionum Camerae Apostolicae*. Collegit J. LISOWSKI, pp. XV+292, 704 doc. (A.D. 1373-1565) Ind. nom. propr. 1960. (Archivum Secretum Vaticanum).
- Vol. II — « *Liber Disparata Antiqua Continens* » Praes. E. WINKLER, pp. XVIII+190, 281 doc. (ante a. 1424) 19 facs. Ind. nom. propr. 1960. (Archivum Capituli Trident.).
- Vol. III — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Orsini in Archivio Capitolino*, I pars. Coll. W. WYHOWSKA-DE ANDREIS, XVIII+162, 1144 doc. (A.D. 1565-1787) 29 tab. Ind. nom. propr. ind. chron. 1961.
- Vol. IV — *Res Polonicae Elisabetha I Angliae Regnante Conscriptae ex Archivis Publicis Londoniarum*. Ed. C. H. TALBOT, pp. XVI+311, 166 doc. (A.D. 1578-1603) 9 tab., Ind. nom. propr., ind. chron., glossarium verb. ang. ant., 1961.
- Vol. V — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Dragonetti de Torres in Civitate Aquilana*. Ed. P. COLLURA, pp. XI+86, 483 doc. (A.D. 1568-1682) 4 tab. 1962.
- Vol. VI — *Res Polonicae Iacobo I Angliae Regnante Conscriptae ex Archivis Publicis Londoniarum*. Ed. C. H. TALBOT, pp. XI+396, 281 doc. (A.D. 1603-1629) 8 tab. Ind. nom. propr., ind. chron., glossarium verb. ang. ant., 1962.

INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE

**E L E M E N T A
AD FONTIUM EDITIONES
XXXIII**

**RES POLONICAE EX ARCHIVO REGNI DANIAE
VI PARS**

ediderunt

**CAROLINA LANCKOROŃSKA
et GEORGIUS STEEN JENSEN**



NON EXSTINGUETUR

R O M A E 1 9 7 4

SUMPTIBUS
FUNDATIONIS
LANCKORŃSKI
FRIBURGI HELVETIAE

EDIDIT:
INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE
VIA DEGLI SCIPIONI, 284 - ROMA

I N D E X R E R U M

| | |
|------------------------------------|----------|
| Introductio | Pag. VII |
| Textus documentorum | » 3 |
| Index nominum propriorum | » 169 |
| Index chronologicus | » 176 |
| Regesta | » 177 |
| 5 Tabulae | |

INTRODUCTIO

Pars VI documentorum ad res Polonas spectantium ex Archivo Regni Daniae, quae nunc in lucem edimus, continet 140 scripta, in Archivo sub sigla A.II.10 conservata, et comprehendit spatium temporis ab a. 1632 ad a. 1699. Maiorem partem epistolarii regii, ad istam periodum pertinentis, iam in vol. XX Elementorum ad Fontium Editiones publici iuris fecimus (A.I.3).

Hic invenimus accurate descriptam liberationem arcis Smoleńsk, per Vladislaum IV Poloniae regem a. 1633 factam. Ad quam descriptionem, Christiano IV regi Daniae per Eliam Arciszewski missam, pertinet depicta imago dispositionis utriusque partis exercituum, ad usum militarem confecta, quam in fine huius voluminis posuimus.

Ad regnum Vladislai IV referuntur etiam epistolae et instructiones ad legationes Polonicas in Daniam et Danicas in Poloniam missas, tum et documenta ad bellum Poloniae et Daniae cum Suecia et ad res civitatis Gedanensis pertinentia.

Ex temporibus regni Ioannis Casimiri habemus documenta de societate bellica Dano-Polonica contra regem Sueciae inita, de legatione Christophori Parsberg ad regem Poloniae et Ioannis Gniński ad regem Daniae, de periculo Turcico et, ex anno 1673, epistolam Stanislai Lubieniecki de principis Georgii, Christiani V regis fratris, aspirationibus ad coronam Poloniae in futura electione regis Poloniae.

Ioanne III regnante tractabantur negotia Danielis Salomons, ministri regis Poloniae, de qua re etiam aliquot documenta sunt conservata, sicut et epistolae Ioannis III ad Christianum V de periculo Ottomanico et de negotiis Polono-Danicis. Denique continentur hoc in volumine aliqua scripta, quae re ipsa ad aliam, recentiorem periodum pertinent. Cum tamen in sectione A.II.10 reperiantur, hic collocanda sunt secundum regulas, quas in editionibus nostris sequimur. Agitur videlicet de 24 scriptis ex annis 1698-9, ideoque ad initium regni Augusti II Saxonici regis Poloniae pertinentibus, et inprimis de prima tractatus Polono-Danici adumbratione, de eius officiali tenore et de annexis ad eum documentis, necnon de eius ratificatione.

Sequuntur documenta de legatione de Wallendorff Patkull, potentis ministri Augusti II, in Daniam et ad Petrum I imperatorem Russiae deputati. Hoc modo volumen nostrum recentiora iam attingit tempora.

Documenta germanice et linguis scandinavica scripta transcripsit et curavit, sicut et in praeviis voluminibus huius seriei, collega noster Georgius Steen Jensen. Pro documentorum polonice et gallice scriptorum transcriptione gratiae debentur Wandae Wyhowska De Andreis, quae praeterea in toto volumine curando operam suam praestitit.

Moderatoribus Archivi Regni Daniae et omnibus eius archivistis pro non vulgari hospitalitate hic etiam maximas ago et habeo gratias.

Ad bibliographiam selectam, quam in voluminibus IX, XX, XXV, XXIX posuimus, adiungere volumus opera sequentia:

- BARANOWSKI B., *Organizacja i skład społeczny wojska polskiego w latach trzydziestych i czterdziestych XVII w.* Warszawa, 1957.
- BLOMBERG, AAGE FASMER, *Fyns vilkår under svenskekrigene 1657-1660*, Odense University Studies in History and Social Sciences, vol. 11, Odense 1973.
- BRASCH, CHR. H., *Det polske Kongevalg 1675. Med. Hensyn til Prins Georg af Danmark*, København 1882.
- CODELLO, A., *Wydarzenia wojenne na Żmudzi i w Kurlandii 1656-1660* in *Przegląd Historyczny* LVII.
- CZAPLIŃSKI, WŁ., *Eliasz Arciszewski młodszy, pułkownik i dworzanin królewski* in *Reformacja w Polsce IX-X*, Kraków 1947.
- CZAPLIŃSKI, WŁ., *Na dworze Władysława IV*, Warszawa 1959.
- CZAPLIŃSKI, WŁ., *Der Kampf um das dominium maris Baltici und die Baltische Politik Polens im XVII Jahrhundert*, in *Acta Poloniae Historica*, vol. 28, 1973.
- CZAPLIŃSKI, WŁ., *Polacy z Czarnieckim w Danii (1658-1659)*, *Rocznik Gdański*, t. IX-X, 1935-1936.
- CZAPLIŃSKI, WŁ., *O Polsce siedemnastowiecznej*, Warszawa 1966.
- CZAPLIŃSKI, WŁ., *Polska a Bałtyk w latach 1632-48*, in *Prace Wrocławskiego Tow. Nauk.*, seria A, n. 44, Wrocław 1952.
- CZAPLIŃSKI, WŁ., *Polska a Prusy i Brandenburgia za Władysława IV*, Wrocław 1947.
- CZAPLIŃSKI, WŁ., *Rola magnaterii i szlachty w pierwszych latach wojny szwedzkiej* in *Polska w okresie II wojny północnej 1655-1660*, Warszawa 1957.
- CZAPLIŃSKI, WŁ., *Władysław IV i jego czasy*, Warszawa 1972.
- CZAPLIŃSKI, WŁ., *Władysław IV - próba charakterystyki* in *Roczniki Historyczne*, 1948.
- CZAPLIŃSKI, WŁ., *Wyprawa Czarnieckiego na Pomorze w r. 1657* in *Roczniki Historyczne*, Poznań 1949.
- Danmark-Norges Traktater*, vol. V, 1651-1664, ed. L. Laursen, København 1920; vol. X, 1964-1968, ed. Carl S. Christiansen, København 1948.
- FRIDERICIA, J.A., *Adelsvældens sidste Dage. Danmarks Historie fra Christian IV. s Død til Enevældens Indførelse (1648-60)*, København 1894, reedit. 1969.
- GODZISZEWSKI, WŁ., *Polska a Moskwa za Władysława IV*, Kraków 1930.
- JORDT-JØRGENSEN, K.E., *Stanisław Lubieniecki*, Göttingen 1968.
- KUKIEL, M., *Zarys historii wojskowości w Polsce*, Kraków 1929.
- LEPSZY, K., *Dzieje floty polskiej*, Wydawn. Instytutu Bałtyckiego, 1947.
- NOWAK, T., *Arsenały artylerii konnej w latach 1632-35* in *Studia i Materiały do Historii Wojskowości* t. XIV, cz. I, Warszawa 1968.

- ODÉN, B., *Karl X Gustav och det andra danska kriget*, Scandia vol. 27, Lund 1961.
- OPITZ, E., *Österreich und Brandenburg im Schwedisch-Polnischen Krieg 1655-1660. Vorbereitung und Durchführung der Feldzüge nach Dänemark und Pommern*. Wehrwissenschaftliche Forschungen. Militärgeschichtliche Studien, vol. 10, Boppard am Rhein 1969.
- PRZYBOŚ, A., *Działalność wojskowa Stefana Czarnieckiego w latach 1655-1660 in Polska w okresie II wojny północnej*, t. II, Warszawa 1957.
- PRZYBOŚ, K., *Kandydatura Piasta w literaturze politycznej w bezkrólewiu po abdykacji Jana Kazimierza* in *Studia Historyczne*, Kraków 1971.
- RADZIWIŁŁ, A.S., *Memoriale Rerum Gestarum in Polonia 1632-1656*, tom I-III, 1632-1647, ed. A. Przyboś & R. Żelewski, Wrocław, Warszawa, Kraków 1968-1972.
- REMBOWSKI, A. ed., *Diariusz wojny moskiewskiej r. 1634* in *Biblioteka Ordyn. Krasińskich*, Warszawa 1895.
- RUSINEK, M., *Wódz i wygnaniec* [Krzysztof Arciszewski], Warszawa 1957.
- ŚLĄSKI, K., (transl. J. Steen Jensen), *Polsk-danske kulturelle forbindelser i 16. til 18. århundrede*, Historie. Jyske Samlinger, nova. ser., vol. X, Aarhus 1973.
- SZELAŃGOWSKI, A., *Rozkład Rzeszy i Polska za panowania Władysława IV*, Kraków 1907.
- TOMKIEWICZ, WŁ., *Czasy Władysława IV i Jana Kazimierza w historiografii ostatnich lat dwudziestu (1917-1937* in *Przegląd Historyczny* XXXIV).
- WIMMER, J., *Wojsko i skarb Rzeczypospolitej u schyłku XVI i w pierwszej połowie XVII w.* in *Studia i Materiały do Historii Wojskowości*, t. XIV. Cz. I. Warszawa 1968.
- WÓJCIK, Z., *Dziki pola w ogniu*. III wyd., Warszawa 1968.
- WOLIŃSKI, J., *Zabiegi brandenburskie o koronę polską 1673-4* in *Roczn. Histor.* 1949.
- Zarys dziejów wojskowości polskiej do roku 1864*, t. 1 do roku 1648, Wyd. Min. Obron. Nar., Warszawa 1965.

C. L.

Textus documentorum ex fasciculis
” T.K.U.A., SPECIEL DEL. POLEN, A.II.10 ”

N. 1.

Varsaviae, 8 Maii, 1632.

*Ioannes Weżyk archiepiscopus Gnesnensis, Regni Poloniae primas,
Christiano IV regi Daniae
de obitu regis Poloniae [Sigismundi III] nuntiat.*

(Orig., sig. vest.)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Serenissime et Potentissime Rex.

Quamvis non dubitemus publicum Regni Poloniae moerorem, quem ex obitu Serenissimi optimique Regis sui laudatissimae memoriae accepit, fama ipsa iam ad Maiestatem Vestram pervenisse, nos tamen, eiusdem Regni et Magni Ducatus Lithuaniae Principes et Senatores, ad officium nostrum pertinere existimavimus, ut Maiestati Vestrae, tanquam vicino et tot antiquis pactis foederibusque Reipublicae nostrae coniuncto Regi, publicum hunc nostrum et acerbum casum, quo quasi repentino ictu perculti sumus, significaremus. Quam et pro ea, quae est inter christianos Principes, coniunctione, Regis vicini et amici occasum singulari animi dolore prosecuturam et veterum cum Republica hac, publicae fidei bonaeque cum omnibus vicinitatis observantissima, pactorum foederumque non immemorem futuram confidimus omninoque certi sumus, vicissim eorundem pactorum foederumque cum Maiestatis Vestrae Regno et ditionibus Rempubicam nostram observantissimam fore recipientes. Ac Maiestati Vestrae longaevam valetudinis Regnique foelicitatem a Deo precando, obsequia nostra studiosissima deferimus. Varsoviae, VIII Maii MDCXXXII.

a) Maiestatis Vestrae humilis et studiosus servus
Ioannes Wezyk Archiepiscopus Gnesnensis, Regni
Poloniae Primas, nomine Senatus Regni Poloniae
et Magni Ducatus Lithuaniae subscripsit.^{b)}

In margine inferiore alia manu erronee scriptum est datum: 1682, 8. 5.

*In dorso: Serenissimo ac Potentissimo Principi, Domino Domino
Christiano Quarto, Dei gratia Daniae, Norvegiae, Gothorum Vandalorum-*

que Regi, Duci Slesvici, Holsatiae, Stormariae ac Ditinarsiae,²⁾ Comiti in Oldenburg et Delmegihorst,²⁾ Domino Colendissimo.

Alia manu: Notificatio obitus Sigismundi Poloniae Regis.

a)-b) *manu propria.*

z) *sic in ms.*

N. 2.

s.l., 30 Decembris 1632.

Christianus Strobandt
ad Gerhardum Denhoff, legatum [Vladislai IV] regis Poloniae,
de epistolis ad se scriptis.

(Orig., anulo obsignatum)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Wholgeborner gnediger herr.

Ewer Genaden, meine stets bereitwillige dinste jde zeit bevhor. Ich habe vor diesem nemlich den 27. dieses an E. Gnaden zu wissen ein schreiben abgehen lassen nahe dem Sundt zu, dabey ein gar hochnötiges schreiben von ihrer koniglichen maiestet in Pholen und Schweden, meines allernedigsten koniges und hern gewesen. Solchs S. Genade h. Guldenstern¹⁾ durch mich gesonden an E. Gnade zu bestellen, aber dabey bedenken gehabt, solches zu lande vortzuschiken. Als hatt es h. Gergen Hewel auff sich genhomen an den Stadsichen comissarien, so im Sonde liget, zu überschiken. Derselbe shol solches E. Gnaden, wo Sie zu finden, schleinig zuschiken, hoffe dz solches wirdt unfehbahr geschehen. Gott gebe dz das wetter dinen mochte, das das schiff wholl überkhomen, und das E. Gnaden das schreiben wholl zukhomen magk. Habe mich ein schreiben deswegen zur nachrichtung auf Lubek gehen lassen, ob eins ausbliebe, dz dennoch dz ander E. Gnaden zu khomen möchte. Bitte, E. Gnaden wholle es in guttem aufnehmen, das ich E.G. mitt so viel schreiben molestäre, wholte nicht gerne dz mihr die schuldt möchte gegeben werden, whenn das schreiben E. Gnaden nicht zukhomen solte.

Dieses habe ich also erachtet E. Gnaden von diese zeit zu notificiren. Und befehle hiemit E. Gnaden in des Allerhöchsten schuz, mich aber in Dero gnaden und gewogenheitt. Datum den 30. Decemb. ao 1632.

E. Gnad. dwillige
Christian Strobandt
mp

In dorso: Dem wholgebornehm gestrengen herren, heren Gerhardt Denhofen, Koniglicher Majestet in Phollenn und Schweden ambassatoren an Ihre Kon. Majistet in Denmark wholbestalten obersten und khamerherrn, hauptman auf Berendtt, meinem gnedigsten herrn zu handen. Izo bey kon. hoffe zu Denmark.

Citto
Citto.

1) *scil. Ericus Gyllenstierna.*

Smolensci, 6 Decembris 1633.

*Elias Arciszewski, militum reg. Pol. ductor,
ad Christianum IV regem Daniae
de expeditione regis Vladislai IV et de liberatione Smolensci; fratrem
suum [Christophorum] e Brasilia reducem commendat.*

(Autogr., anulo obsign.)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Serenissime Rex, Domine Domine mi Clementissime.

Iussa Sacrae Regiae Maiestatis Vestrae, Domini mei clementissimi, in perscribendis rebus, quae apud nos geruntur, non prius exequi licuit, quam dignum aliquid auribus Maiestatis Vestrae daretur. Nunc, cum per gratiam magni magna disponentis Dei Serenissimus Rex noster non solum in persona cum exercitu suo oras adierit Smolenscianas, sed etiam divina ita favente aura, inspectantibus hostibus, suppetias primum obsessis dederit, postea vero urbem Smolensko (sive quis arcem appellare malit) etiam specie obsidionis liberaverit, rem non ingratham Maiestati Vestrae me facturum putavi, si seriem rei gestae explicarem, credens praesertim non defuturos, qui in favorem Moschorum in urbibus maritimis ob commercia mutua Sacrae Regiae Maiestatis nominisque Poloni maiore quidem labore quam sanguine partam gloriam decusque extenuare audebunt. Et quia rerum gestarum narratio paulo laxius se diffudit, quam ut eam in epistolae compendium redigere possem, aut ipsa legenda Maiestatis Vestrae tempora remorari auderem, separatim mihi eam censui mittendam. Dabit veniam Maiestas Vestra, quod relationem hanc uberius prosequutus ²⁾ sim, quia verebar, ne quid omitteretur, quod ad percipiendam solutae foeliciter obsidionis rationem faciebat. Cultus praeterea, quem Sacrae Regiae Maiestati Vestrae debeo, et ingentibus beneficiis obstricta fides atque ad humillima obsequia prompta voluntas non sinit affectum meum torpere, quin in omnes Maiestati Vestrae gratificandi occasiones intentus sit. Et quanquam nescio, an aliquid facturum sim operae pretium, si in tanta virorum et ingeniorum militarium copia, quantum Maiestati Vestrae semper est ad manum, ad obsequium eius germanum meum advocem, cuius in re bellica studium non poenitendos habet progressus. Tamen nihil praeter officium egero, si cui me ipsum et omnia quae in me sunt devovi, eidem meorum quoque vitam et obsequium, quantum in me est, consecrare contendam.

Est mihi frater maior natu, recens e Brasilia redux, qui in ignium et machinationum struendarumque et destruendarum munitio, aliorumque id genus stratagematum bellicorum artificio, multos iam annos non inutiliter contrivit. Huic ego pro mea erga Maiestatem Vestram humillima observantia auctor sum, ut, si studium eius Maiestati Vestrae usui esse possit, non alium quaerat Principem, cui potius artis suae specimen edere malit,^{a)} praeter Maiestatem Vestram, quae et istarum rerum intelligentia atque aestimatione, et meritorum remuneratione atque in viros militares munificentia nulli post hominum memoriam Regum ac Principum concedit. Hoc meum navandae Maiestati Vestrae operae desiderium si non est supervacaneum, mature certior fieri opto, ut fratrem eo quam primum impellam. Sin eius opera pro hac vice Maiestas Vestra

carere possit, spero nihilominus Maiestatem Vestram boni consulturam hanc grati et sinceri erga ipsam studii mei et cultus humillimi significationem.

Plura in praesentiarum quae scribam non suppetunt. Id tantum humillimis precibus a Maiestate Vestra contendo, ut me in humillimorum clientium numero habeat, hominem, qui tantum beneficiis Maiestatis Vestrae debere me agnosco, quantum non modo hucusque me nullis obsequiis meruisse sentio, sed ne mereri quidem, prout par est, me posse video. Interea debiti affectus et gratitudinis unicum pignus promptam et obnoxiam ad omnia Maiestatis Vestrae imperia voluntatem offero, quae me usque ad extremum vitae meae spiritum ingentium, quibus sum obstrictus, beneficiorum memoria comitabitur.

Sacrae Regiae Maiestatis Vestrae quoad vita suppetet
addictissimus et humillimus cliens ac servitor
Elias Arcisofsky manu propria.

Smolensci, Decembris 6 anni 1633.

a) in ms. malit loco expuncti verbi possit
suprascriptum.

z) sic in ms.

N. 4.

[Smolensci, 6 Decembris 1633].*)

*Elias Arciszewski, militum reg. Pol. ductor,
ad Christianum IV regem Daniae
descriptio arcis Smolensci et eius liberationis.*

(Orig.)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Cfr. Imaginem annexam in postrema pagina voluminis.

Series rerum a Serenissimo Rege nostro in expeditione moderna contra Moschos gestarum.

Mensis Septembris die quarta stilo novo anni currentis Serenissimus Rex noster, Dominus meus clementissimus, exercitum Regni cum exercitu Magni Ducatus Lituaniae coniunxit diesque duos ad refocillandum sese militi, longo itinere fesso, dedit. Post biduum, non expectata reliqua adventantium copiarum parte, ante omnia subsidia praesidiariis extrema necessitate laborantibus submittere aggressus est.

Verum ut gestae rei series liquidius pateat, pauca primo de situ urbis atque locorum deque munitionibus obsidentium dicenda sunt. Sita est urbs (sive quis arcem appellare malit) in edito monte, aliquot colles, vastissimis vallibus ac pene voraginibus distinctos, ambitu suo complexa et per declive illorum usque ad ripam fluminis pertingens, firmissimis undique moenibus circumdata, nisi qua ante viginti annos in eius expugnatione pars muri vi pulveris nitrati perrupta est. Quo loci munitissimum propugnaculum, terreo vallo constructum, hiantis muri ruinam egregie compensat. Caeterum nusquam alibi vallum aut propugnacula, nusquam fossa urbem, sola muri crassitie ac firmitudine fretam, tuetur. Tantum qua editissimus locus est, vallum tumultuario opere constructum intra

ipsa moenia adiacet, quod tamen neque altitudine murum aequat, neque crassitie aut situ ad figenda illic maiora tormenta idoneum est. Eadem in parte extra urbem, versus meridiem, propter ipsa moenia amoena planicies diffusa facilem ad murum aditum praebet, nisi quod passim modicis, nec nisi ubi propius accesseris, animadvertendis vallibus secatur. Quae ut ad insidias succedenti moenibus hosti struendas, ita vicissim hosti ad appropinquandum urbi multum prodesse possunt. Duabus ex partibus, qua se urbs ex arduo in declive demittit, ab ortu scilicet atque occasu, profundae vallis praerupta crepido non tam aditu hostem arcere, quam a propugnantium missilibus protegere videtur. Reliqua et ima urbis pars, septentrioni obversa, flumine praeteritur, quod ponte stratum mediocrem planiciem urbi coniungit, ultra quam mons urbi ex adverso obsectus assurgit, e quo pleraeque regiones urbis accurate oculis²⁾ illustrari possunt. Murus opere magnifico, altitudine et crassitie insignis, turribus quinque et triginta exornatur.

Caeterum urbs ipsa, immanibus clivorum praecipitiis ac solitudine vasta, sicubi habitat, ligneis et ignobilibus casis (paucis exceptis, quae et ipsae ex ligno extractae sunt, aedibus templorum et nobilium) prope modum constat. Hunc locum, cui deffendendo²⁾ vix duodecim millium exercitus suffecisset, paulo minus quam tria hominum millia per decem menses strenue propugnarunt.

Forma vero ac situs obsidionis eiusmodi fuit. Supra urbem prope milliari Germanico dissitum collem praecipuus Moschicae militiae ductor Sehinius ingentibus castris occupavit, quae ab ipso montis cacumine ad imas fluminis ripas late descendunt. Huius e regione in adversa fluminis ripa mons, quem Virgineum incolae dicunt, quia multum castris incommodare poterat, ipso situs ingenio alioqui accessu arduus, insuper militari opere ac valido praesidio munitus est. Infra urbem eodem pene intervallo alter militiae dux, Prozorovius, itidem penes flumen castra metatus est, longe quidem numero militum inferior collega, caeterum flore exercitus ac delecti militis robore pene par. Quippe ad quindecim millia selectissimorum militum suis in stativis numerabat. Ambo duces utramque Borysthenis ripam fabricatis singuli in suis stativis pontibus coniunxerunt, quo possent undique ab urbe commeatus ac subsidia arcere. Caeterum longe ultra tormentorum ictum ipsi a moenibus remoti, propius oppugnandae urbis provinciam extero veterano atque in Gallicis, Belgicis, Germanicis bellis exercitato militi demandarunt. Erant omnino undecim peditum Gallorum, Belgarum, Suecorum, Anglorum, Scotorum legiones, quarum nonnullae non nisi externo, pleraeque magna ex parte Russico, sed sub externis tribunis ac officariis, quos vocant, subacto atque exercito milite constabant.³⁾ Horum omnium Alexander Lesleius, Scotus, praecipua oppugnandae urbis munia sibi sumpserat.

Primum igitur omnia urbis latera praeter id, quod flumine alluitur, propinquis ac frequentibus castellis cinxere, quae licet undique propius urbi admota, locis tamen opportunis et ab incommodo tormentorum securis collocarunt, eo invicem spatio distantia, ut sibi mutuo tam tormentis quam subsidiis opem ferre possent. Nonnulla etiam vallo et omnia sepimento ligneo eoque alicubi in quadrum confecto ad arcendam equitatus Polonici vim longo ac perpetuo ambitu coniunxerunt. Adeoque per tot mensium spatium aditum ad urbem in citeriore fluminis ripa intercluserunt, ut non nisi expugnandis multo sanguine castellis ac munitionibus et iniquissima oppugnantium inter tormenta atque praesidia hostilia sorte propius ad murum nostri succedere possent. Murus tormentis hostilibus

verberari coeperat ab ea urbis parte, quae quum ad hibernum spectet, magis tamen vergit ad meridiem. Admotae illic Leslai²⁾ munitiones ac tormenta tam prope, ut non maius murum inter et illa intervallum intercederet, quam quod iactu lapidis superari posset. Concussa etiam ante aliquot menses ac duobus in locis sibi vicinis deiecta una cum binis turribus moenia spem hosti urbis impetu capiendae fecerant. Sed aliquot diversis impressionibus virtute obsessorum, maxima cum hostium strage, repressis, postea cuniculis tentata expugnatio. Quorum unus partem muri quadraginta cubitorum latitudine una cum turre horribili ruina effregerat parumque abfuit urbs ab excidio, nisi ingenti fortitudine deiectus hostis ad adventum usque Sacrae Regiae Maiestatis ruinam illam, tumultuario licet opere refectam, intentatam reliquisset. Neque satis mirari potuimus, posteaquam rudera deiecti exterius muri vel equiti propemodum per acclive enitenti pervia, neque adeo firmis interius munitionibus obstructa contemplari licuit, quid ita hostis a continuanda impressione cessaverit ad adventum nostrum? Atque haec fuit in citeriori ripa obsidionis ratio ulterior, quia solius pontis aditus videbatur esse servandus, non ita densis cincta erat praesidiis. Mons tamen ille, urbi ex adverso oppositus (quem Pokroviensem incolae vocant), munitissimo castello occupatus est, cui validum aliquot millium praesidium duce Matissovio impositum. Cui quidem castello exterius toto montis illius tractu sepimentum ligneum e trabibus in quadrum compactis constructum praetendebatur, quod ad ipsas usque fluminis ripas penes fanum in planicie situm, Divo Petro Paulo dicatum, descendens aditum ad interiora montis atque ipsum pontem nostratibus ademerat. Fanum interim istud, fossa et vallo atque idoneo praesidio munitum, non longe a stativis Prozorovii in adversa ripa positus distabat, unde facillime per pontem, aut decreascentibus aquis per vadum, accipere subsidia atque reliquo monti transmittere poterat.

Caeterum interius ad eruptiones oppidanorum arcendas ad radices montis perpetua fossa tria modica castella coniungebat, quae et oppidanos interius cohiberent et aditum ad pontem exterius interciperent. Haec munimenta inter atque Virgineum montem ipsaque castra Sehinii satis grande loci intervallum et ob clivorum ac vallium anfractus non ita facile superandum interiectum erat, quo tamen loco perpetuae hostium stationes excubabant, ne illac ad obsessos quisquam penetrare aut ab urbe evadere posset. Hic erat obsidionis status, quum Sacra Regia Maiestas die septima Septembris urbi subsidio iturus, Borysthenem amnem traiecit. Itaque parte copiarum tradita Domino Martino Kazanofsky, Palatino Podoliensi, Campiductori Regni, ut auxilia Prozorovii, si quae forte ad montem (Pokroviensem dictum), per quem subsidia urbi submissa traducenda erant, tenderent, distineret. Ipse recta versus eundem montem tetendit ac primum stationes et excubias hostium, quae paulo longius extra sua praesidia erant, fundit ac profligat. Deinde cum reliqui hostes, partim vallo, partim ligneo sepe, ex transversis trabibus Russico more compacto, sese continerent, eos Campiductori Magni Ducatus Lithuaniae, Principi Radivillo,¹⁾ adoriri imperat. Qui primum expedita manu eorum, qui culpas delictorum insigni aliquo ac periculoso facinore delendas susceperunt, praemissa, sepimentum disturbat. Deinde hostium aciem strenue adortus, magna strage edita, in fugam actos intra vallum compellit. Interim Regia Maiestas suam aciem promovet et vallum hostile ad radices montis tribus propugnaculis munitum invadere iubet. Quod cum nostri impigre facerent, opportune obsessi ex civitate erumpunt manumque no-

stris porrigunt auxiliatricem, et ita iunctis viribus potiuntur vallo, hostes pellunt et fere omnes interficiunt, tormenta bellica quatuor eripiunt.

Quod cum Sacrae Regiae Maiestati cederet ex votis, Sacra Regia Maiestas Serenissimi Principis Kazimiri, fratris sui, legionem integram cum magna copia pulveris nitrati, plumbi aliorumque necessariorum subsidio urbi immisit. Et quia nox intervenerat, Sacra Regia Maiestas in campo mille circiter passibus ab urbe pernoctavit.

Tam prosper successus non adeo multo sanguine Suae Maiestati constitit desiderato uno duntaxat Colonello Smelingio,²⁾ Livone, viro expertae virtutis, et plerisque aliis gregariis e nobilitate, quorum tamen numerus sexaginta non excessit, et centum plus minus peditibus; quae et ipsa clades accepta non fuisset, nisi alia parte quidam duces, quibus a Sacra Regiae Maiestate destinendi Prozorovii provincia fuit demandata, iniuncti a Sacra Regia Maiestate muneris limitem egressi, incautius tormentis et insidiis hostium militem obiecerant. Sed erat tanti haec iactura, dum per medias stationes ac munitiones exercitus hostium, plus quam octoginta millibus militum succincti, qui per integrum pene annum obsidioni inhaerendo satis valide munimenta sua firmaverat, perrumperet Sacrae Regiae Maiestatis acies, quae (si reliquas copias aliis muneribus distractas excipias) vix sex millium militum numero constabat. Postero die in castra reditum est. Quae postquam et novis copiis et adventu Cosacorum Zaporovianorum aucta sunt, Sacra Regia Maiestas ad solvendam penitus obsidionem animum adiecit. Cui posthabitis aliis, quibus in consilio eis certabatur sententiis, visum est trans Borysthenem traducendum esse exercitum facillimumque per pontem ad obsessos aditum fore.

Itaque relicto castris praesidio summaque rei viris militaribus Mlocio³⁾ et Gordonio⁴⁾ data, expedito agmine Sua Maiestas nocte, diem vigesimam primam Septembris praecedente, flumen ponte traiecit statimque officia et vices inter duces partitus est. Principio missus in prima acie Casanovius Dux, qui a sinistro latere versus castra Sehinii aditus occuparet. Mediam aciem Sacra Regia Maiestas recta ad montem Pokroviensem atque castellum Matissono direxit. Postrema Duce Radivilio, cui minimum itineris conficiendum erat, dextro latere versus amnem flexit, quo ventura per pontem Prozorovii subsidia dirimeret. Is cum ea parte tenderet, in qua iam hostis opportuniora loca occupaverat, obiectas difficultates non vi, sed consilio sibi superandas existimavit. Quapropter copiis bipartito divisis, partem Zaporoviani exercitus in tumulo castris Prozorovii adverso super rivulum, Serebrna dictum, collocavit. Ipse cum copiis reliquis vallem fluvioli Sclanae, per quem omnino subsidiis hostilibus (si munimentis fani Petri Pauli et Matissoni opem ferre vellent) trans-eundum erat, sylvis ac riparum obiectu insedit. Sed nescio quis casus Zaporovianas insidias hosti patefecit, antequam Sacra Regia Maiestas munimenta montis Pokroviensis adoriretur. Itaque hostis dispositis vicissim per notos sibi tramites et valles stationibus suis, pridem occupatas²⁾ sclopetariis, magnis equitum ac peditum copiis insidiantes aggreditur. Iamque adeo fluctuare coeperat impulsae acies Cosacorum, nisi a tergo per occulta sylvarum ab altera acie, quae vallem Sclanae obtinebat, submissa opportune laborantibus auxilia fuissent. Interim dum istinc magna contentione certatur, Sacra Regia Maiestas cum medio copiarum robore primam aciem in ipso montis Pokroviensis dorso assequutus,²⁾ promotis versus castellum Matissoni copiis, stationes primum obiectas et equitatum hostium profligat. Mox a sinistro latere, qua parte Sehinii subsidiis aditum intercludi oportebat, peditatum Butleri profundam val-

lem circumire atque e regione Matissoni locum capere ac munire iubet. Parte altera nostrae legiones versus fanum Sancti Petri Pauli processerant. Cuius occupandi spe oblata, accepta a Sacra Regia Maiestate venia, ego cum legione mea propius ultra septum ligneum vallo occupato succedebam. Nec longe a prospero rei gerendae successu aberam, quum ab insidiis, a latere in proxima valle collocatis a Matissono, simulque a tergo ab eiusdem decem turmis equitum circumventus, post acrem pugnam, in qua tamen ultra triginta ex meis non sunt desiderati, tardius licet venientibus auxiliis, e praesentissimo discrimine ereptus sum. Opportune enim a sinistra parte Castellanus Camenecensis⁵⁾ cum duabus turmis equitum et una centuria e Rosenii⁶⁾ legione, a dextra vero Madalenii⁷⁾ equites peditesque subsidio laborantibus venere. Caeterum, quo tempore facta a nobis impressione munitio maxime periclitabatur, hostis non iam per pontis circuitum, quo loco a Cosacis pessime exceptus erat, sed propius ob decrecentis fluminis humilitatem vado traiciens, equitatum suum per planiciem, fano subiectam, diffundere coepit.

Tum demum coortus ex insidiis Ducis Radivili equitatus prorumpit hostemque improvise discrimine perculsum validissimo impetu in flumen praecipitem agit, laeto obsessis (quorum ista in oculis²⁾ gerebantur) spectaculo. Unde iis tanto maior ad eruptiones faciendas audacia multum quibus illa die ad prosperos Sacrae Regiae Maiestatis successus multum contulere. Nam et paulo ante, cum a nobis sepes ligrea disturbaretur et in fanum impressio fieret, hostem, a Matissoni propugnaculo magno numero nobis ingruentem, remorabantur et mox eundem ad Butlerum loco movendum tendentem a tergo strenue sunt aggressi. Quum enim is ferendis Matissono suppetiis interclusum sibi a Prozorovii castris aditum animadverteret, parte altera a castris Sehinii et Virgineo monte eum sibi patere necessarium existimavit. Nec dum enim prima acies omnes illius orae transitus occupaverat, tantum Butleri peditatus, longa et profunda valle interiecta, sinistrum Matissoni latius circumire coeperat. Quem ut iis locis deiiceret, hostis immixtis a fronte per intermedias valles peditatus exterorum selectissimi tribus millibus et quingentis, a latere in super equestri agmine urgere coepit. Enimvero in eius loci occupatione magnum utrinque momentum versabatur. Quippe illo a nostris retento, nobis ad circumveniendum Matissonum via sternebatur, amisso vero, adiacentes circum circa valles sclopetariis hostium capiendae tradebantur, e quarum latebris copias nostras, destinatis iaculantium ictibus expositas, impune impetere adeoque illo ipso, in quo substitenter, montis dorso depellere potuissent, quod si accidisset, nobis ad montem Pokroviensem atque solvendam obsidionem praecludebatur aditus.

Itaque suppeditandis utrinque auxiliis maxima contentione certabatur. Praecipue Sacra Regia Maiestas laboranti Butlero Rosenii et Creitzii⁸⁾ legiones peropportune submiserat. Confluebat enim magno numero ingens hostium vis ac de illius diei fortuna tanquam de summa rei dimicabat. Illud etiam nostros incommodum afflixerat, quod per aliquot horas acerrime pugnantes fortuito casu nitratus pulvis intempestive destituerit atque ita hostium ac praecipue equitatus impressioni sustinendae pene impares reddiderit. Erat ingens in mora periculum. Quapropter Sacra Regia Maiestas aliquot turmis ad hostilem impetum a periclitante peditatu avertendum praemissis, ipse destinatum corporis custodiae agmen, hastatos et cataphractos equites, Carolo Seio, Tribuno, et Stognievio et Tiskievicio,⁹⁾ Palatinide Minscensi, ducibus instruxit atque ad omnes casus ingruenti periculo opponit. Sed praemissus eques alam nostris legionibus

imminentem profligavit. Mox et pedestris hostium acies urgentibus a tergo obsessis labare et paulo post desperato successu ultra profundas valles, gravi suorum iactura, sese recipere. Itaque undique repulsus hostis spem nobis non exiguam perrumpendarum munitionum fecerat, quae aditum ad urbem morabantur. Nec enim a nostris cessabatur, sed et Butlerus et Creicius locum semel captum ac retentum munire coepere, unde eminus rem gererent, et ego cum Rosenio, qui legioni corporis regii custodiae destinatae praeest, fossis et aggeribus festinato opere ductis, sclopetarios nostros et paulo post tormenta castello Matissoni admove-ramus, denique fanum Petri Pauli imperio Regiae Maiestatis in seram usque noctem tormentis pulsatum est. Id adeo terruit praesidiarios, ut nocturna fuga, commeatu et impedimentis relictis, fanum deseruerint.

Quod statim ante lucem a Radivilio occupatum, qui mox orto iam sole vicinam ad radices montis fossam, castello Matissoni subiectam, cum tribus modicis propugnaculis, quae itidem hostes deseruerant, Palatinidem Smolecensem,²⁾ Dominum Abrahamovicium, tribunum peditum equitumque, opere ac praesidio munire iussit. Idem per integrum diem, qui fuit 22 Septembris, collocatis aliquot opportunioribus locis tormentis, propugnaculum Damii simulque equitum Caroli Huberti stativa ex adversa ripa infestando strage ac trepidatione replevit, adiuvantibus pro virili Zaporovianis. Horum inter alia facinora memorabilis eadem die extitit ausus quum Moschi in adversa fluminis ripa ad protegendos sclopetarios suos ligneum quoddam aedificium extruxissent, ex quo destinatis ictibus nostros extra praesidia progressos de proximo feriebant. Primum enim densa globorum grandine eminus obrutos munimento illo deiecerunt, deinde sub illius iaculationis continuato imbrequo plures e suis nandi peritos in medias Borysthenis undas immiserunt, qui nudi et solis acinacibus armati in adversam ripam evadentes, attonitos tam praecipiti audacia hostes longius etiam propulerunt, mox plerisque e sauciis occisis, ligneum munimentum funditus disturbarunt. Ita hostis, omni spe ad Matissonum illac perrumpendi depulsus, qua dextrum latus a nostris servabatur, parte adversa penes Butleri stationem, sed ingenti valle diremptam, furtim cum valida selectorum peditum manu per sinistrum montis Pokroviensis latus inclinata iam die accessit. Iamque adeo custodiis passim disturbatis, ad Matissoni castellum perrumpebat, quum a Duce Radivilio, qui in altera parte curabat, eminus per planiciem conspectus est. Is, quanquam per loca equestri pugnae difficilia hostem contendere animadverteret, quia tamen peditum, quos properantibus subito obiiceret, copia non erat, cum duabus hastatorum turmis hosti numero et loco superiori occurrit. Evidenti tunc experimento compertum est, adversus peditem audax hastati equitis quid posset impetus. Etenim prima statim impressione obtritis antesignanis perrupta acies, sparsis per vepreta manipulis, plurimam montis partem caede fugientium, clamore supplicum et stratis passim cadaveribus implevit. Pauci ad Matissoni propugnacula evasere, reliqui pene ad interfectionem concisi sunt, quippe quotquot versus stativa Sehnii ferebantur, inhaerentium tergis equitum celeritatem non evasere. Adeo late sese trepidatio diffuderat, quae et obsessum Matissonum, postquam ultimi subsidii expectatione excidisset, ad desperationem adegit.

Itaque subsequenti nocte, quum insuper tormentis propius a nobis admotis urgeri inciperet, commeatu et omnis generis suppellectili relictis, silenti agmine pre devios penes Butleri stativa tramites evasit, non dubiam nobis tam opportuna fuga solvendae obsidionis spem attulit. Etenim intra biduum, nec omnino integrum, tertiam partem urbis ac propemo-

dum omnem ulteriorem ponti contiguam Borysthenis ripam obsidentium metu liberavimus, totumque istud latus urbis, quod flumine praetenditur, admotis propriis castris cum exercitu nostro coniunximus. Postridie relicta nuper impedita advenere castraque pluribus carris firmata sunt. Ita percussis hostibus, cominus non instabatur, tormentis tantum eminus non modo vicina Prozorovio castella, sed et supra urbem Charleisii munitiones ex adversa ripa petebantur, donec Sacrae Regiae Maiestati visum est, transmissa in alteram ripam copiarum parte, castellum Damii aggredi, quo paulatim Prozorovii stativa a reliquis dirimi possent. Hanc provinciam Duci Radivilio demandavit, adiectis ob paucitatem Lithuanici exercitus (qui, quod hibernae militiae labores ad id usque temporis continuatos tolerasset, ad exiguum numerum erat redactus) nonnullis e Polonico exercitu equitum turmis et Serenissimi Principis Casimiri et Rosenii peditum legionibus. Quibus praeceptum est, ut nocte, quae diem 28 Septembris praecessit, sese in urbem conferrent, ex qua per portam in subiectum moenibus campum prodeuntes, non longe a Damii castello sinistro latere consisterent. Lituanicas vero copias Dux Radivil et partem Zaporoviani exercitus partim ponte, partim vado traduxit. Is Zaporovianis imperaverat, ut desertum Sancti Michaelis fanum, quod inter castellum Damii et Caroli Huberti stativa interiectum erat, una cum subiecta valle occuparent, relictoque ibi valido praesidio, per vallem eandem castellum Damii invaderent. Qui ne a tergo ab equitibus Prozorovii^{b)} circumvenirentur, idoneum equitum numerum trans fluvium vado traduxerat, qui proximam supradicto fano planiciem servarent. Ipse cum tribus peditum legionibus, videlicet Principis Ianussii, filii sui, et Abrahamowicii et Vajeri, profunda sub moenibus valle superata, in arduum collem evaserat, cuius in margine castellum modicum cum aggre pro dirigendis in murum tormentis extracto fossamque ab eo ad flumen usque descendentem occupat. Mox in subiectam colli ripam, dextro latere sub ipsum usque Damii propugnaculum, hastatorum equitum turmas promovet, qui oppugnantes pedites ab insultu equitum tuerentur, simul illis, qui paulo ulterius ad fanum Divi Michaelis dispositi erant, equitibus, si quis casus ingrueret, subsidio essent. Sinistrum latus in ipsa collis planicie penes illud modicum intervallum recensque occupatum castellum quatuor tantum iisque ob infrequentem ad signa militem invalidis equitum turmis firmat, quia illic proditura per urbem equitum peditumque subsidia sperabantur, quorum nonnulla iam non longe quidem, sed tamen ultra brevem vallem aberant. Reliquae ex iis, quas Sacra Regia Maiestas huic rei assignaverat, equitum hastatorum turmae, longe ab illis a tergo profundis vallibus diremtae, sub ipsis manibus substiterant.

Haec erat invadendis hostis ratio: Hic dispositi exercitus ordo, cum Dux Radivilius paulo ante ortum solis die 28 Septembris castello Damii cum peditatu succedens, acerrimam oppugnationem exorsus est. Iamque adeo primo statim impetu consternatus hostis fugam et evadendi rationes circumspexerat,^{c)} cum, quod in bellis plaerumque²⁾ usu venire solet, quaedam acciderunt, quae Ducis consilium conatumque destituerunt. Primum enim fanum Divi Michaelis, in quo occupando omnis rei bene gerendae spes ac ratio versabatur, a Zaporovianis ne tentatum quidem pediti hostium opportune capiendum una cum subiecta valle relictum est. Quibus ex locis equites nostri fano proximi a sclopetariis impune globorum imbre obrui coepere. Hi cum in commodiorem hostiumque sclopetis minus obnoxium locum sese transferre vellent, et iam nonnulli^{d)} ex iis ad hastatos equites non longe in eadem ripa dispositos sese receperunt, reliqui pravo consilio fluvium retro traiecerunt. Quod et oppu-

gnantium ardorem restrinxit et obsessis fiduciam atque subsidia et Prozorovio spem peditatus a castello repellendi attulit. Tametsi enim nihil horum, quae imperata fuerant, executioni ²⁾ mandatum fuerit, nihilosecius acerrima oppugnatio per plures horas pene ad meridiem urgebatur. Tunc hostis, disposita passim sclopetariorum manu, equitatum in collis planicie diffudit, quumque quatuor illas turmas infrequentes et infirmas cerneret, in eas statim facit impetum. Quibus impari licet numero, fortiter tamen resistantibus, hostis usque ad valles sclopetariis refertas suis repulsus est, adiuvantibus Mocario, tribuno equitum, tum Rosenii legionis parte et ex arce tormentis, quibus profundiores densae aciei ordines turbabantur. Itaque cito e conspectu arcis et copiarum nostrarum disparuit, dum planiciem illam tormentorum ictibus infestam declinat. Post receptum hostis nostri locum pugnae aliquandiu tenuere, exiguo damno accepto, quippe non ultra decem e nostris una cum signifero intra hostium praesidia atque vallium latibula abrepti occubuerunt.

Post hanc pugnam non visum est Regiae Maiestati diutius in castelli oppugnatione haerere, quod multo sanguine ob admissos, quos memoravimus, errores capiendum erat. Itaque canere receptui imperatur, reductoque sensim extra teli iactum milite, nihilominus occupatae munitiones opere ac praesidio firmanur equitumque stationes, in subsidiis pro moenibus urbis dispositae, in seram usque noctem detinentur. Animadversa propositi nostri adeo rebus suis exitiosi constantia, ingenti formidine Prozorovius percussus est. Quae enim ipsi spes salutis supererat, si (quod magna vi parere intellexit) castra sua a caeterorum munitionibus et stativis divulsa intercluso undique aditu circumventa fuissent? Quamobrem nihil cunctatus, humidae ac nebulosae noctis usus beneficio, raptim copias cum paucis, quae trepidatio asportare permisit, tormentis ex castris eduxit silentique agmine munitiones Leslei praetervectus, ad Sehinium evadit. Relicta aliquot grandiora tormenta, egregio opere globorum magna vis, pulvis nitratus de industria incensus,²⁾ fano Sanctae Trinitatis (quod castrorum eius ambitu comprehensum fuerat) foede concusso, partem commeatus et bellicorum instrumentorum corrumpit, partem ruinis obruit. Unde exortum in castris incendium peropportuno imbre restinctum est, quapropter nihilosecius maxima vis commeatus, armorum, telorum, suppellectilis omnis generis, ac praecipue pabuli, passim in stativis hostium reperta est. Septem adeo castella praeter maiora castra deseruit hostis, ex quibus omnibus praeda et commeatu carri aut equi onusti per integrum ferme triduum a multis hominum millibus agebantur. Quinque adhuc castella supererant, in quibus universum hostilis peditatus robur duce Alexandro Lesleio tormentis praesidio relictum est. His imperio Regiae Maiestatis 29 Septembris cum mediocri manu Dux Radivil successit, si qua forte hostem, paucitate nostrorum stimulatum, ad pugnam elicere posset. Sed nemine prodeunte, proxima duo castella ab hoste relicta praesidio peditum camposque adiacentes equitum stationibus firmat. Paulo post, hoc est tertia Octobris, conniventibus nostris, quibus munitiones situ atque opere tot mensium firmas, quas ultro hostis sine sanguine relicturus erat, tentare non placuit, Lesleius cum suis prima nocte reliquis omnibus ad urbem castellis excessit atque in proxima Sehinii stativa sese recepit. Postridie munimenta et labores hostium contemplari volentibus tuto patuere. Inprimis ruinae muri exterius concussi et immanium pilarum vestigia, adeoque praesentissimum urbis prope captae periculum omnes in admirationem virtutis obsessorum ac divinae in eos indulgentiae rapiebant. Tum opera immensi laboris, agger, ex quo horreni ponderis pilae torquebantur, ligno ac cespite in sublime extruc-

tus, adeo ut fastigio altissimi muri pinnas propemodum aequaret. Longo inde tractu continuata munitio, quae pene tertiam urbis partem perpetuo ambitu cinxerat. Taceo ingentis apparatus reliquias, scararum numerum, globorum vim maximam, trabes vastae magnitudinis, super quas inusitatae molis machinae hyemis ac nivium beneficio attractae sunt. Prorsus ut mirandum vehementer videatur, qui factum sit, quod urbs situ atque opere ipsoque praesidio non adeo firma, tot operibus et machinis, tanto artificio, tanto apparatu, per tot mensis oppugnata, post murum, partim cuniculis, partim machinis per ducentos et plures passus una cum tribus turribus pridem concussum et magna ex parte subrutum, tamen usque ad Sacrae Regiae Maiestatis adventum durare potuerit. Qui posteaquam venit, non toto biduo urbem metu ac minis hostium, mox intra quatuordecim dies ipsa etiam specie obsidionis liberavit, quum hostis toto decem mensium spatio nidos et castella sua, opportunissimis locis per otium opere, comiteatu ac rerum omnium abundantia (quae nunc urbem ipsam et castra alimentorum copia recrearunt) confirmasset.

- *) *cfr. numerum praecedentem, ubi haec « series... rerum gestarum » epistolae (die 6 Decembris 1633) adiuncta annuntiatur.*
- | | |
|--|--------------------------------|
| a) <i>in ms. constabat</i> | 1) Christophorus Radziwiłł. |
| b) <i>in ms. nomen Prozorovii pro expuncto nomine Damii superscriptum.</i> | 2) Andreas Schmeling. |
| c) <i>in ms. circumspectabant</i> | 3) Młocki. |
| d) <i>in ms. nonnulli</i> | 4) Franciscus Gordon. |
| e) <i>sic in ms.</i> | 5) Alexander Piaseczyński. |
| | 6) Fabianus Gulielmus Rozen. |
| | 7) Iacobus Carolus Madaliński. |
| | 8) von Kreutzen. |
| | 9) Casimirus. |

N. 5.

Varsaviae, 15 Augusti 1634.

*Elias Arciszewski, militum reg. Pol. ductor,
ad Christianum IV regem Daniae
relatio de pace inter regem Poloniae [Vladislaum IV] et magnum ducem
Moscoviae [Michaelem]; insuper operam suam in emendis equis offert.
(Orig., autogr., anulo obsign.)
T.K.U.A. Polen A.II.10.*

Serenissime Rex, Domine Domine Clementissime.

Confecto intra anni vertentis curriculum per Dei gratiam non improspere bello Moschovitico, ad Turcicum, quod Deus Optimus Maximus bene vertat, convertimur. Equidem nisi periculum Reipublicae et impendens a tanto hoste metus in eam expeditionem propelleret, nihil magis in votis habuissem, quam Sacrae Regiae Maiestati coram referre, quorum non modo spectator, sed etiam pars quantilacunque fui. Neque enim aut temporis tractu, aut longinquo locorum divortio debita mea tot Maiestatis Vestrae beneficiis observantia et humillima ad omne gratificandi genus obsequiorum meorum promptitudo potest unquam relanguescere.

Si tamen Deus ab ea expeditione superstitem me unquam reduxerit, iam vota pro salute et foelicitate Vestrae Maiestatis nuncupo, ut eam possim incolumis prono et officioso cultu adorare. Cum vero nunc in regionem tendam, maxima equorum nostratium copia refertam, si quae Maiestatem Vestram eorum trahit voluptas, eam certiolem factam humi-

liter velim, ut aliquem e suis, qui delectum eorum ex sententia et ad mentem Maiestatis Vestrae habere possit, mittere ad me dignetur. Pecunia ad emendos ob itinerum pericula et difficultates nihil opus est, sufficit, ut is qui venturus erit, viaticum habeat. Si quid erit quod Maiestate Vestra dignum est, possum interea meo aere comparare. Det veniam Maiestas Vestra, si forte simplicitate mea molestus sum. Ita fieri solet, ubi quis in omnes gratificandi atque inserviendi occasiones [in]tentus est. Nec primae sunt istae literae, quibus Maiestatem Vestram compellere ausus sum. Saepe non modo de rebus apud nos publice gestis, sed et privatis quibusdam scripsi, aliquando et fratris mei, qui iam — ut audio — cum classe Batavica in Brasiliam profectus est, operam atque servitium Maiestati Vestrae obtuli. Nihil dum ad ea omnia responsi accepi. Nunc etiam confecti in Moschovia belli narrationem Vestrae Maiestati mitto. Interea humillima mea obsequia Maiestati Vestrae suppliciter et adorabundus commendo. Warsaviae, Augusti 15 salutis nostrae 1634.

Sacrae Regiae Maiestatis Vestrae cliens addictissimus
Elias Arcisevius manu propria.

In dorso: Sacrae Regiae Maiestati Daniae, Domino meo Clementissimo.

Alia manu: Elias Artischofski. Relatio de pace inter Regem Poloniae et Magnum Ducem Moscoviae.^{a)} Item oblatio propriae operae in emendis equis. 15 Augusti 1634.

a) *cfr. numerum subsequenter.*

N. 6.

[Varsaviae, 15 Augusti 1634].^{a)}

*Elias Arciszewski, militum reg. Pol. ductor,
ad Christianum IV regem Daniae
relatio de pace inter regem Poloniae et magnum ducem Moscoviae [Michaellem].*

(Orig., charta lacerata)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Continuatio historiae.

Qua ratione hostis ab obsidione Smolensci repulsus adeoque ex obsidente obsessus evaserit, ex prioribus literis meis per Fridericum Buchwaldum. Maiestatis Vestrae subditum, Vestram Maiestatem intellexisse confido.

Clauso undique exitu, ab omni cum suis commercio exclusus, per integram hyemem prosperis nostrorum successibus ad omnium rerum inopiam adigebatur, quum supervenere apparatus nostri bellici, quibus per temporis angustiam non ante instructa Sacra Regia Maiestas ad propulsandum semicaptae urbis periculum accurrerat. Tunc demum patuit, quantum in monte illo castris hostilibus obiecto (quem a nostris prudenter captum et strenue defensum memoravi) momenti fuerit. Quippe iam abunde suppetente pilarum et pulveris pyrii copia, castra hostilia grandiorum machinarum ictibus misere lacerabantur. Accedebant quotidiani nostrorum insultus et gliescens in castris hostium inopia ac tandem ex

desperatione subsidii trepidatio. Quo factum est, ut ad deditio- nis conditio- nes post multas ultro citroque missitationes tandem deventum fuerit. Igitur his legibus inter partes convenit.

Captivi primum nostri redditi. Deinde potestas transeundi in nostra castra omnibus, tam Moschis quam externis, permissa est. Dehinc apparatus bellicus, tormenta ultra centum, inter quae non pauca ingen- tis molis, quicquid publicorum armorum, ferramentorum aut bellicorum instrumentorum in castris, etiam occisorum sclopeti et gladii, cuncta de- nique, quae in stativis eorum reperiebantur, praeter validorum ac viven- tium arma, nobis concessa sunt. Transfugae nostrates dediti.^{b)} Eorum vero, qui ad nos transfugerunt, uxores [et] bona reddita. Moschicus miles sacramento addictus arma co[ntra] Sacram Regiam Maiestatem intra quatuor menses non sumpturos²⁾ neque arces [et prae]sidia Moschica ingressuros intra praescriptum tempus. Exe[rcitus eo]rum, nostrate pro- pemptum duplo maior (quippe dimidiam p[artem] copiarum Sacra Re- gia Maiestas subsidiis, si quae comparerent, opponendam^{c)} longe a ca- stris intra viscera Moschoviae retinebat), inter instructas nostrorum acies ea via, qua imperatum est, longo ac miserabili agmine processit. Ibant exarmatae copiae, ducibus subinde suppliciter procumbentibus et signa sua ad pedes Sacrae Regiae Maiestatis provolventibus. Quae cum ali- quamdiu humi abiecta iacuissent, rursus ad nutum Sacrae Regiae Maie- statis reddebantur. Reddita bona fide nostris omnia castra, castella et stativa hostium, in quibus ingens aegrorum numerus relictus est. Eadem fide hostis a nostris in tutum deductus est et aegri humaniter tractati sunt.

Tam illustri et ad omnem posteritatem memorabili victoria potita Sacra Regia Maiestas, diviso multas in partes exercitu, in interiora Mo- schoviae processit. Partem exercitus iam ante trimestre cum Palatino Podoliae¹⁾ versus Viazmam praemisera. Parte alia Zaporovianus miles viscera Moschoviae vastabat. Pars quoque copiarum cum Castellano Ca- menecensi²⁾ ad Drohobusum contendit. Reliquus exercitus una cum Rege Biallam movit.⁴⁾

Ingruente undique terrore adactus hostis, ad perpetuae pacis tracta- tionem accessit. A qua nostros, licet victores, ideo non alienos reperit, quod Sultanus Turcicus³⁾ ex improvise magna mole belli nobis imminere coeperit. Coepta igitur strenue pacis negotiatio, dum Sacra Regia Maie- stas ad Biallam haeret. Ad quam arcem alienissimo anni tempore, inter- caeptis²⁾ ob eluvionem fluviorum itineribus, castra sunt posita. Et ne nihil ageret miles, tentata oppugnatio. Sed iniquis tempestatibus et cuni- culariorum inscitia expugnatio non processit, donec a nostris una et Mo- schicis commissariis, qui ad Viazmam negotium pacis tractabant, literae supplices ad Regem venire, quibus petebatur, ut ab excidio arcis tempe- raret, quam iam nobis Moschi ultro in tractatu pacis concedere coepe- rant. Itaque Rex in oppidum, ultro in manus venturum, seviendum sibi non putavit.

Simul ob ingravescens indies Turcici belli periculum de pace anxius, exercitum ad Viazmam admovit. Primo statim Regiae Maiestatis adventu, de perpetua pace transactum est. Redditi Regno ac Reipublicae nostrae Smolescensis,²⁾ Novogrodiensis et Czerniechoviensis Ducatus arcesque adeo omnes praeterito bello occupatae, quarum^{c)} in numero Bialla comprehen- sa est. Magna praeterea pecuniae summa, ad ducenta talerorum millia ascendens, Sacrae Regiae Maiestati pro titulo Magni Ducatus Moschoviae et pleraeque Severienses arces concessae sunt. Magnus Dux Moschoviae iuri ac titulo supradictorum Ducatum in perpetuum renuntiavit, vicis-

sim Sua Maiestas imaginarium Magni Ducatus titulum, quando ita Reipublicae nostrae tempora ferebant, deposuit.

His et nonnullis aliis conditionibus inter gentes, diuturnis bellorum fomitibus sibi infestas, pax aeterna coaluit, mirabili ad posteritatem exemplo, tantae molis expeditionem, praeter omnium spem, tam subita rerum conversione ac vicissitudine, inexpectatum finem accepisse. In qua quid prius mirer: stupendosne hostium apparatus? an urbis excidio proxima fortunam? an in summa rerum omnium inopia Sacrae Regiae Maiestatis foelicitatem? an incredibilem in gerendis rebus celeritatem ac promptitudinem? non reperio.

Certe nulla fuit res, cuius in arte militari ratio haberi solet, in qua nos hostis non infinitis partibus superaret. Multorum annorum primum apparatus, pulveris, pilarum, ferramentorum, plumbi, tormentorum, omnium denique belli instrumentorum denique commeatu et annonae incredibilis copia, quum apud nos ab initio ad singulos prope conflictus pulvis deficeret et in primo statim limine et ingressu belli in regione vasta miles, ac praecipue peditatus, fame conficeretur. Deinde loci ratio, qui maximum exercitus nostri robur, quod in equite situm est, irritum reddebat. Quippe regio montosa et sylvis ob incultum et vastata[tem] obsita equestrem aciem explicari non patiebatur. Tum copiarum hosti[lium] numerus, quid ad centum viginti quatuor millia ante solutam obsi[di]onem ac Prozorovii fugam ascendebat, quum apud nos, comprehen[sa] Zaporovianorum Cosacorum colluvie, vix triginta millia numeraren[tur]. Praeterea temporis opportunitas, dum prope illic bellum gestum et con[fe]ctum est, ubi hostis ante adventum nostrum decem mensibus castr[a et] praesidia sua firmaverat, et vastata circum circa regione, de comme[atu] non modo castris suis, sed etiam arci ipsi Smolecensi ²⁾ (si capta ab [eo es]set) in annum integrum prospexerit. Denique militis, cuius in [ea con]ditione prope unicus fuit usus, hoc est peditatus et sclopetariorum, qui cum nostris commissi, propemodum duplo maiorem peditum nostrorum numerum, quoties occasio tulit, non modo sustinere, sed et fundere poterant non difficulter, quippe hic tyro, illic veteranus et in sua arte probe exercitus peditatus fuit. Numerum vero quod attinet, ausim dicere etiam in accisis rebus triplo maiorem numerum sclopetariorum hosti, quam Sacrae Regiae Maiestati fuisse. Quippe legiones nostrae, quae primae in castra advenerant, initio statim cum inopia omnium rerum conflictantes, antequam caeterae accederent, prope dissolvebantur, ita ut nunquam integris viribus peditatus noster cum hostili in conflictum venire potuerit.

His et aliis plaerisque ²⁾ de causis inducor, ut existimem magnum hoc ac memorabile fuisse Dei Optimi Maximi ultionis specimen, qui fidem induciarum solenni sacramento firmatam, tantum ideo quia Regnum nostrum in sua orbitate visum est opportunum iniuriae, impune violari passus non est.

In dorso: Relatio de pacificationibus inter Regem Poloniae et Magnum Ducem Moscoviae.

a) *cfr. numerum praecedentem, ubi haec relatio epistolae sub dato Varsaviae, 15 Augusti 1634 adiuncta annuntiat.*

b) *verbum: dediti correctum est ex: redditi*

c) *in ms. opponendum*

d) *verbum: movit loco expuncti: contendit suprascriptum.*

e) *in ms. quorum*

2) *sic in ms.*

1) *Martinus Kazanowski.*

2) *Alexander Piaseczyński.*

3) *Amuratus IV.*

In insula Szpelingkamp, 14 Augusti 1635.

*Elias Arciszewski, militum reg. Pol. ductor,
ad Christianum IV regem Daniae
de equo a rege Poloniae [Vladislao IV] misso; de exigua spe pacis cum
Sueco ineundae; de Wolssonii perfidia.*

(Orig., anulo obsign.)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Serenissime Potentissimeque Rex, Domine Domine Clementissime. Acceptis binis Regiae Maiestatis Vestrae nomine scriptis a Christiano Rantzovio litteris, nihil habui potius, quam ut Regiae Vestrae Maiestatis mandato, prout par est, obsequeretur statimque Serenissimo Poloniae Regi, Domino meo clementissimo, Regiae Vestrae Maiestatis voluntatem atque desiderium exposui. Ille vero ut est affectu in Regiam Vestram Maiestatem amico planeque fraterno, plurimum doluit in eo se tum statu depraehensum, ut non potuerit e vestigio Regiae Vestrae Maiestati gratificari, interea tamen sine mora iussit et equum pro equitio generosum et sex alios versicolores optimae notae adduci, quos Regiae Vestrae Maiestati nunc mittit.

Si per belli vacationem liceret, ipsemet equum unum atque alterum Turcici barbarique generis lubens Regiae Vestrae Maiestati adducerem, sed neque Patriae amor neque Serenissimi Regis mi voluntas ulla ratione permisit, ut huic praesenti Reipublicae nostrae statui operam meam subducerem.

Agitur quidem adhuc de pace, cuius vel ipsum nomen bonis omnibus est dulce, sed exigua tamen illius componendae spes restat. Nam Sueci, inflatis superioris temporis fortunae animis, tales nobis conditiones imponunt, ut satis appareat eos neque Dei reverentia ad iusti rectique observantiam duci, et cum quo hoste iam sibi futurum negotium, pensi parum habere. Exigunt a Rege suo subditi, ut iure suo in Regnum haereditarium se abderet, insuper ex duabus provinciis amplissimis, quas per iniuriam huic abstulerunt Regno, solam nobis offerunt Borussiam, Livoniam vero velut in praemium rerum fortiter contra nos gestarum sibi deprecant, quae ignominia nullo nobis modo ferenda est.

De Wolssonio iterum Regiae Maiestatis Vestrae memoriam, quod pace Maiestatis Vestrae liceat, appello, non quod illius perfidia iam saepe alias cuiquam sit dubia, sed ne causam susceptam deseruisse videar. De duobus, Serenissime Rex, agitur hic praecipue. Primum, ut arcem Tritavum, ab illo sive volente sive invito (id enim parum refert) deditam, constet; deinde, ut neque ipsummet ad Regiam Maiestatem Vestram reversum neque copias signaque ab eo reducta ostendam. Ignoscat quaeso Regia Maiestas Vestra, quod de tam futili negotio saepius exhibeam Maiestati Vestrae molestiam, cuius causa est non alienae ignominiae cupiditas, sed constantia recti et submissum erga Maiestatem Vestram studium. Restat, ut Regiae Vestrae Maiestatis eiusque liberorum regionum et Regnorum incolumitatem Deo Optimo Maximo, me vero Regiae Maie-

statis Vestrae clementiae quam humillime commendem. Quae id sibi persuasissimum habeat eum esse me, qui et vivet et morietur.

Datum in Insula Szpeling Kamp dicta: Augusti 14 Anno 1635.

Regiae Vestrae Maiestatis
fidelissimus obsequentissimusque cliens
Helias Arciszofsky manu propria.

N. 8.

Vilnae, 1 Iunii 1634.

*Vladislaus IV rex Poloniae
ad Christianum IV regem Daniae
de nuptiis filii regis Daniae congratulatur, ad quas cohonestandas oratorem
suum Nicolaum Korff mittit.*

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Vladislaus Quartus, Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Mazoviae, Samogitiae Livoniaeque, necnon Suecorum, Gottorum Vandalorumque haereditarius Rex, electus Magnus Dux Moschoviae, Serenissimo Principi Domino Christiano Quarto, Dei gratia Daniae, Norvegiae, Gottorum Vandalorumque Regi, Duci Schlesvici, Holsatiae, Stormariae ac Ditmarsiae, Comiti in Oldenborg et Delmengihorst,²⁾ Cognato et Vicino nostro Charissimo, salutem et omnis foelicitatis continuum incrementum.

Serenissime Princeps, Cognate et Vicine noster Charissime.

Quantum nobis pridem de Serenitatis Vestrae benevolentia et amore sumus polliciti, tantum nobis responderi et satisfieri a Serenitate Vestra agnoscimus, uti et haec peramica pro festivitate Serenissimi Electi Regis Daniae nuptiarum invitatio insigne profecto et magnum est optimi erga nos affectus argumentum, quem nos non poterimus non omnibus officiis studiisque nostris magis ac magis augere et incendere.

Porro, ut haec coniunctio magno sit Serenitati Vestrae solatio et fulcro, Regno decori, Serenissimis vero Sponsis expectatam et immortalem foelicitatem adferat, precamur. Verum affectum et laetitiam nostram, quam ex hoc connubio percipimus, prolixius Orator noster, Magnificus Nicolaus Corff, Palatinus Vendensis, Capitaneus Zigvulcensis, coram Serenitati Vestrae declarabit simulque testabitur, quo studio et propensione cum erga Serenitatem Vestram, tum erga Serenissimae Danicae Domus incrementa et amplitudinem feramur, ac de eo confirmabit et Serenitatem Vestram et Serenissimum illum filium Electum Regem, quem exemplo et hortatu Serenitatis Vestrae nostram amicitiam non esse neglecturum confidimus. Caeterum quidquid nomine nostro cum Serenitate Vestra Legatus noster idem communicabit, quod ad utriusque Regni et Domus Regalis pertineat amplificationem et augmentum, non modo Serenitas Vestra nobis petentibus benigne attendet, verum etiam commode et optato dignabitur eum responso, pleno nimirum fraternae benevolentiae et utriusque Regno perutili. Deus Optimus Maximus Serenitatem Vestram diutissime incolumem conservet ac sospitet magno amplissimi Regni

fructu, nostro, qui Serenitatem Vestram unice adamamus, solatio. Datum
Vilnae die prima Iunii anno Domini MDCXXXIII, Regnorum nostrorum
Poloniae secundo, Sueciae tertio anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae
bonus affinis
Vladislaus Rex.

In dorso: Serenissimo Principi Domino Christiano Quarto, Dei gratia
Daniae etc. Regi etc.

Alia manu supra et infra: 1 Iunii 1634.

2) sic in ms.

N. 9.

s.l., 8. Novembris 1634.

*Nicolaus Korff, orator [Vladislai IV] regis Poloniae,
ad Christianum IV regem Daniae
gratias agit pro nave sibi praestita, qua domum reverti potuit.*

(Autogr., anulo obsign.)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Durchleuchtigster grossmechtigster konigk, gnedigster herr, E.K.M.
entbiete ich mein unterthenigst dienst.

Habe gross ursach E.K.M. unterthenigst zu dancken fur bewiesene
hohe königliche gnaden, so ich genucksam erspurret, welches kegen meinen
gnedigsten konigk undt herrn zu rhumen undt nach muglichkeitt mit
unterthenigen diensten zu verdienen verobligirett verbleibe. Undt ob ich
woll meine reisse naher Konigsbergk (woselbst ich wagen undt pferde
gelassen) am fuglichsten zu thun entschlossen, so habe ihn erwagungk
itziger zeit damitt E.K.M. schiff desto schleuniger ohn gefhar zurucke
kommen muchte, meine comoditett hinangesetzt unndt mich disseitt
Dantzick 9 meilen anlanden lassen. Sage derwegen abermalen E.K.M.
fur gnedigst vergunnugk dess schiffs unterthenigen danck undt comen-
dire hern admiralen, welcher ihn allem, wohin ich reissen wollen, willigk
gewesen, auch sich ihn seinem officio also fleisigk undt vorsichtigk ver-
halten, dass ehr billigk E.K.M. gnade meritirett.

Im obrigen wunsche, dass der Hoheste E.K.M. bei langem leben,
gutter gesundtheitt undt glucklicher regierungk zu langen zeitten fristen
undt erhalten wolle. Undt thue mich E.K.M. angefangene bestendige
konigliche gnade alss ein unterthenigster gerinster diener befahlen, unter-
thenigst bittende mein undt der meinigen, so Sie ihn Dero dinsten auff-
genommen, gnedigster konigk undt herr zu verbleiben.

Datum,^{a)} den 8 Nouembris 1634.

E.K.M.

unterthenigster

diener

Nicolaus Korff

zu Chreutzburg mp.

In dorso: Dem durchleuchtigsten, grossmechtigsten konigk undt herrn, herrn Cristiano den Vierden, von Gottes gnaden zu Denmarcken etc. konigh etc., meinem allergnedigsten konigk undt herrn.^{b)} Unterthenigst.^{c)}

Alia manu: Polnischer gesandter dancksagschreiben.
Productae Flensb., 24. Nou. 1634.

a) *sequitur spatium vacuum.*

b)-c) *lectio incerta.*

N. 10.

Gedani, 18 Septembris 1634.

*Consules et consilium civitatis Gedanensis
ad Nicolaum Korff, oratorem [Vladislai IV] in Dania
intercessionem petunt, ut civitas Gedanensis in gratiam regis Daniae
redire possit; mittunt nova de tractationibus cum Turcis.*

(Orig., sig.)

T.K.U.M. Polen A.II.10

Wollgeborner gnediger herr, Ewer Gnaden seindt unsere willige dienste bevor.

Undt mögen Deroselben auf Ihr zu Koppenhagen vom 13. dieses an uns gerichtes schreiben nicht bergen, das wir forderst zu besondern grossen danck verstanden, wie E.G. sich von dieser stadt wegen communicirte information, hat so weit recommendiret sein lassen, das Sie albereit dessenthalben mit Ihr g., dem dänischenn hoffcanzlern herrn Christian Friesen etliche beredung gehalten. Undt wollen derowegen bey gutter hoffen bleiben, das wen dieselbe an könig. maj^{tt} selbst gelangen wirt, die resolution besser undt vermuthlich nach wunsch als in höchster billigkeit fundiret endtlich erfolgen werde.

Betreffent aber das wolgemelter herr canzler in discursu gedacht, als wen sich diese stadt hiebevorn schon etlichermassen zum abtrag verstanden undt eingelassen hette, so wissen wir uns dasselbe nicht zu erinnern. Haben auch unseren abgeordneten vor dieser zeit dergleichen nichts in commiss gegeben. Allein ist uns in relationibus bey ihrer widerankunfft dieses allezeit anheim gebracht, dz königliche majestatt in Dennemarcken fur die von ihr der stadt zugemessenen offensa zu ihrer satisfaction eine submission requiriret, undt solche wortt die herren königliche räche auf einen abtrag an gelde verstanden haben wolten. Dabey in unser lezten beschickung von unsern daselbst hin verordenten kriegs secretario pro meliore sua informatione im abschiedt der herr canzler Friese unter anderen in gebürender gestalt gefragt worden, was den königlicher maj^{tt} eigentliche meinung mit der angeduteten submission undt begerten abtrag wehre, undt ob dasselbe, wie man redet, nicht etwas neher undt deutlicher ausgedrucket werden möchte. Damit er, der

secretarius, bey seiner widerkunfft genawern bericht gebenn könnte, ob man ferner etwas hiebey zu thun, oder die sache stecken zu lassen ursach haben werde. Darauf der herr cantzler geantwortet, das man sich hierauff zu erklaren bedencken truge undt muste von der stadt herkommen, was hierin zu wercke zu richten were. Welches der secretarius als von ihm privato motu in discursum gezogen, alhier bey uns obiter in seine relation erwehnet, undt hernach endtlich so viel bey uns erhalten, das wir ihm erlaubet in einem privat schreiben an den herrn canzler suo nomine exaratum zu vernehmen, ob etwan mit ein präsent von einen schonen zugk polnischer rosse ihrer königlichen majestatt zu gnediger affection von uns wiederum erneuert undt gewonnen werden könnte, auff welchen fall und zwar solcher gestalt wir gern der königlichen hoheitt uns zu bequemen geneiget weren. Welches aber mit stilschweigen vorbei gegangen worden undt ist seit der zeit nichts weiter hierin von uns gehandelt worden. Vermeinen auch das man der schade, welcher durch die confiscation etlicher schiffe dieser stadt unverschulter weise zugefuget, und dan was der nun bey 6 jahren continuirte duppelte zoll dem königlichen ærario getragen zusammen calculiret werden soll, solches alles woll for einen auch bey grossen verschulden, dessen wir uns doch nicht bewust, gutten abtragke gerechnet werden kan. Bittenn demnach E.G. wir nachmals ganz dienstfreundtlich, Sie wollenn dieser sachen gemuttmessige billigkeit, wie wir aliorum factum undt zwar bey solchem zustandt, da in der cron Dennemarcken bevor und nach derselben zeit nicht weniger feindseligkeiten wider die cron Pohlen passiret sein, zu bussen nicht gehalten werden können, in sonderheit da zwischen beyden potentaten, Gott lob, ein gutes vernehmen gestiftet und dergleichen *humani errores reciproca indulgentia* gegen einander aufgehoben sein, an bequeme orth ihrer hohen qualiteten nach beweglich bejubringen, undt dan hierauf, wo nicht restitutionem ablatorum demnach zum wenigsten nach abolirung aller eingefuhrten pressuren an dern stadt *plenam nobis gratiam Regalis benignitatis* wo mueglich zu erwerben grossgünstig sich belieben lassen, worzu, wie auch aller andern ihren hochansehnlichen verrichtung deroselben wir abermahl viel glück und segen von Gotte dem herrn gewünschet haben wollen.

Von der verlauff an den turkischen grenzen haben wir von hofe de dato 7. Septembr. diesen bericht, das zwar der Abbasa Bassa mit der turkischen armee uber die Donaw gerückt, aber wider die chron noch nictes feindseliges tentiret hatt. Lest sich dabeneben nochmals verlauten, das er zum frieden geneiget undt sich gerne zu tractaten verstehen wolle. Hierauff ist von ihrer grossm. g. dem polnischen feldtherrn der Succamerarius Wraclawiensis herr Zelinski mit noch etlichen andern vornehme personen inn das turkische lager geschicket zu vernehmen auf was conditiones die tractatus inter partes zu richten sein werden. Mittlerweille hatt hochgemelter feldtherr königl. majestatt gebeten, sich mit der *pospolite Ruszenje* nehlich zu erheben undt and die grenze zu rucken, damit die tractatus majori autoritate et successu, vermittelst Göttlicher hülf vortgestellt werden müget. Undt ist hierauff der auffbruch von Warso von höchstgedachter majestatt den 13. hujus publiciret worden, also das wir nicht zweiflen, sie werden schon in expeditionis actu occupiret sein, undt weils Gott einen gewünschten friede auch an denselben orth mit grossen rhum und ehren stifften. Wozu der

Allerhöchste seine gnade mitiglich verleihen wolle. In Desselbenn schuz
thuen E.G. wir freündtlich befehlenn.

Datum Danzigk den 18. Septembris anno 1634.

Ew. Gnad

freündtwillige
bürgermeistere und raht
der stadt Danzigk

In dorso: Den wollgebornen herrn Nicolao Korff, Wendischen castellan,
königlicher Majestatt zu Pohlen und Schweden gesanten an die
königliche Majestatt in Dennemarcken, starosten zu Sigswulck undt
krigesobersten, unserm gnedigen herrn.

N. 11.

Graudentii, 17 Novembris 1634.

*Nicolaus Korff, orator [Vladislai IV],
ad Christianum Friis, cancellarium regni Daniae
in negotio Gedanensi ad finem deducendo operam eius expetit; nova ex
Polonia mittit.*

(Orig., partim autogr., anulo obsignatum)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Wolgeborner und gestrenger herr kantzler, mein grossgunstiger herr
und freundt.

Meinem grossgunstigen herrn wirt nochmalss unenthaltten sein, was
bey königlicher Majestatt zu Dannemarken ich unlengst wegen der stadt
Dantzick intercedendo beygebracht, und in scriptis darauf fur resolution
erhalten habe. Nachdem aber volgents meine reyse mich auf gemelte
stadt zugetragen und ich deroselben, was damals in ihren sachen passiret
ist, bericht gegeben habe, so ist mir ihre antwort auf alle puncten hinwi-
derum zukommen, wie solches in einem besondern schreiben an königliche
Majestatt von mir weitleuftiger erwenet ist, davon ich die copiam
hiebey geschlossen. Wan dan nun meines erachtens hochstgedachte königliche
Majestatt hierin gnedigst wirt beruhen können, so ist ferner auch
mein freündtliches bitten, es wolle mein grossgunstiger herr seinen hie-
bevor verspurten gutten favor ^{a)} vollene ^{b)} dieser sachen ihre endtschafft
zu geben, erweisen und verhelpfen, das solches ohne weittern dilation
bey den zollverwaltern zum effect kommen muge, in ungezweiffelten
vertrawen es wirt die stadt Dantzick nicht unterlassen diese besondere
königliche gnade mit geburenden respect und danckbarkeit, wie person-
lich von mir angedeutet worden, zu erkennen. Im massen ich auch mei-
nem grossgunstigen herrn im gleichen zu angenehmen gefallen und freundt-

licher dienstweisung alle zeit willig verbleiben will. Denselben zu beständigen wolstandt Gottes väterlichen obhalt fleissig befehlende.

Datum zu Graudentz in Preussen den 17. Nov. S.N. Anno 1634.

e) E.L.

dienstwilliger
N. Korff mp.

Ich bitte abermals, ess wollen sich E.L. kegen die stadt Dantzick gewogen erzeigen, den boten jegen mitt guten declaratien an mir bald zuruck abgefoltgt werde. Ess wirdt die stadt Dantzick sich danckbar kegen E.L. erzeigen, undt ich habe solchs kegen mein konigk undt hern zu thun undt umb E.L. zu verdienen.

Sonsten verheilt E.L. nicht, dess ich heutiges tages alhir zu Graudentz angelangtt, woselbst s.g.h. conrgrosscantzler ¹⁾ angetreffen, mitt welchem von vielen sachen unteredingk gehabt. Hatt mir berichtet, dass mein g. konigk undt herr vor diesem sein person undt herrn wojwoda Bielskij ²⁾ zur componien dess teutschen krigs geordnet gehabt, worin schon keyser m. consentirtt, solchs aber von churfurstl. Saxsen undt Brandenburgk durch antrieb der Schweden abgeschuben worden. Ich ziehe heutt weiter nach Warsaw, verhoff S.M. dahin ferner zu disponien. Bitte solchs S.K.M. in Denmarcken zu berichten, undt demselben ein ^{a)} underthenigkeit ^{b)} zu ^{a)} vermelden. ^{b)} Sonsten verheilt E.L. nicht das der lobliche printz ^{c)} Allexander 2 meilen von Warsaw an den pocken die weltt gesegnet ist, undt wirdt hochlich beklagtt. Ein reichstagk zu Warsaw haben wir im ende dess Januarij, wass auss den schwedischen tractaten zu verhoffen, gibt die zeit. Verhoffe ess wirdt mir E.L. ^{f)} mitt Dero schreiben zu ersehen wurdigen, disen boten bitte mitt gutter declaration abzufertigen undt ^{a)} gewogen ^{b)} verbleiben. ^{d)}

In dorso: Dem wolgebornen und gestrengen herrn Christian Friesen, konig. Majestatt zu Dennemarcken kanzlern und rittern, meinem grossgunstigen hochgeehrten herrn und freunde.

a)-b) *lectio incerta*

c)-d) *manu propria*

e) *Casimi expunct.*

f) *hic verbum, quod non legitur.*

1) *scil. Iacobus Zadzik*

2) *scil. Raphael Leszczyński, pal. Belzensis.*

N. 12.

Graudentii, 27 Novembris 1634.

*Nicolaus Korff, orator [Vladislai IV],
ad Christianum IV regem Daniae
mediatorem se praestat inter civitatem Gedanensem et regem Daniae.*

(Orig., anulo obsign.)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Durchlauchtigster, grossmechtigster könig, gnädigster herr, E.K.M. entbiete ich mein unterthänig dienst.

Gnädigster könig und herr. In meiner zuruckreise aus E.K.M. landen habe ich, so bald ich in Preussen angelanget bin, meine farth nach gele-

genheit dess weges auf die stad Dantzig genommen und dem rath aldar wass auf meines allergnädigsten königs und herrn bey Ew. König. Maj^{tt} durch meine perschon jüngst verrichte intercession wegen ihrer der stad angezogenen beschwer in Dennemarcken Dersoselben erfolgeten resolution, verstand und meinung gewesen, zu vernemen gegeben. Worauf sie sich forderst so wohl für Ew. König. May^{tt} ob angezogene erklerung als auch meinen dabey angewanten fleiss in gebührender gestalt unterthänigst bedancket. Haben auch dabey die inn gemelten mir mit gegebenen königlichen rescripto enthaltene aggravation von dem ursprung der veranlassten differentzen mit mehrem von sich abgelegt. Und sonsten auch in einem und andern punct eine eigentliche declaration von mir zu ihrer nachrichtung begehret; welche ich ihnen bessers verständnuß halben nicht verwegern können.

Undt seind demnach in dehme, wass für Ewer Königl. May^{tt} hoffhaltung auss ihrer stad künftig abgeholt werden wird, den vorigen alten gebrauch ferner fleissig inn acht zu nehmen gesinnet. Allein dass der missbrauch etlicher factoren, die unter solchem prætext viel unterschleiff brauchen können, darunter nicht begriffen sein möge. Betreffent die andere condition so habe ich dieselbe also verstanden, dass der cron Dennemarken unterthanen bey der hiebevorigen abnahm dess pfegeldes, wie es für dem jüngsten schwedischen krieg, in der stad Danzig gehalten worden, kunfftig gelassen werden. Herin ziehet sich ein rath auff die itzo nehest beuorstehende friedestractation bey welchen auf der cron Polen seite mit allem fleiss dahin gearbeitet werden wirdt, dass solche newe eingeführte beschwer gewandelt werden mügen. Und ist also die stad gutter hoffnung, es werde mit Gottes segn dieses werck solchen aussgang gewinnen, dass Ewer König. May^{tt} unterthanen sich dessen zu beschweren keine ursach haben werden. Anlangend die repressalien und daran interessirte prætendenten, so hat ein rath die bewilligte cassation mit gleichmessigem grossen danck angehört, und zweiffeln nicht, dass wenn jemand jure zu procediren gedencket, die justitia von König. May^{tt}, meinem gnädigsten könig und herrn, gantz unparteyisch werde administrirt werden. Seint aber auch hingegen der gueten hoffnung, dass auch den ihrigen von der stad, welche noch wegen ihrer in vorigen jahren confiscirten gütern ein grosses zu prætendiren vermeinen, in der cron Dennemarcken die rechts hülffe unversaget sein werde. Sliesslich haben sie sich auch verlautbaret, dass wen Ew. König. May^{tt} sie dieser von mir ihnen gemachten hoffnung gemess, zu vollkommener restitution der königliche gnade kommen lassen werden, sie solches auch zu bezeigung ihres danckbarlichen und unterdienst geflissesten respects mit einem zimlichen præsent, wie etwan hiebeuor von mir gedacht, zu erkennen geben wollen.

Und dieses ist wass mir von ihnen zur antwort worden. Wobey Ewer König. May^{tt}, meines allergnädigsten königs und herrn, wegen ich auch nochmals gantz unterthänigst und instendigst gebeten haben will, dass numehr dieses werck durch Ewre König. May^{tt} ferner gnedigste resolution zum entlichen effect gerathen möge. Worauf die von der stad, so baldt sie von mir fernere nachrichtung von Ewer König. May^{tt} meinung erhalten, durch die ihrige sich gebühlich präsentiren und nach ihres standts beschaffenheit zu allen gebührenden dinsten sich willig undt gern weiter accommodiren werden. Massen den solches meinem allergnädigsten könige undt herrn auch zu besonderm gefallen gereichen wirdt. Und bin E. Kön. May^{tt} auch für meine perschon dieser gnädigsten

wilfahung halben zu allen zeiten meinen vermügen nach zu steter bereitwilligkeit unterthänigst geflissen. Dieses auff anhalten der stadt, damit sie ohn ferner weitleifftigkeit in besser gewissheit sein müge E. Kön. May^{tt} durch diss meinen gering schreiben unterthänigst anzudeüten. Welches inn gnaden woll auff zu nehmen undt mein gnedigster königk undt herr zu verbleiben bitte, nicht unterlassen wollen.

Dattum in Graudentz den 27. November Ao 1634.

E.K.M.

untertheniger
Nicolaus Korff
zu Chreutzburgk mp.

In dorso: Dem durchleüchtigsten und grossmechtigsten könig und herrn, hern Christian dem Vierten, könig zu Dennemark *etc.*, hertzogen zu Sleszwig *etc.*, meinem gnädigsten könige und herrn.

Alia manu: Nicolay Korff wegen der stadt Dantzig.

N. 13.

Sochaczew, 9 Decembris 1634.

*Nicolaus Korff, orator [Vladislai IV],
ad Christianum IV regem Daniae
imaginem regis Vladislai IV mittere promittit, simulacrum regis Daniae
invicem expetens; filium suum in servitio regis Daniae manentem
commendat.*

(Autogr., sigilli anul. vest.)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Durchlauchtigster königk, gnedigster herr.

E.K.M. entbiete ich mein unterthenig dinst.

Bej dieser occasion unterlasse nicht mein unterthenig dinst zu erweisen mitt wunschungk E.K.M. langs leben, gutte gesundheit undt gluckliche regierungk. Habe meinen gnedigsten königk undt hern E.K.M. gutte affection undt was mir sonst anbefholen vorgebracht, wie solches auffgenommen, wirdt auss S.K.M. schreiben zu ersehen sein.

E.K.M. mir auss gnaden gegebenss bildniss hat min gnedigster königk undt herr von mir genom, undt gar lieb gehalten. Will E.K.M. zur ersten occasion minss gnedigsten hern conterfey E.K.M. ihn unterthenigkett hinwiderumb zusenden, unterthenigst bittende, mir hinwiderumb mit Dero königlichen bildniss zu würdigen, damitt ich mich allweg E.K.M. mir erzeigten gnaden zu erinnern habe. Meinn shon,^{z)} welchen E.K.M. ihn Dero dinsten gnedigst auffgenamen, thue ich bi minss gnedigsten königs undt herrn schriftliche comendation auch unterthenigst befahlen, wunsche dass ehr sich dermassen verhalt, dass ehr würdigk sej in E.K.M. dinsten zu verharen. Befhele mich himitt ihn E.K.M. hohe

gnade, unterthenigst bittende min gnedigster konigk undt herr zu verbleiben undt sich allweg zu dienen anbefholen.

z) Gett ntt unss z) Sochaczow den 9. Decembris 1634.

E.K.M.

unterthenigster diner
Nicolaus Korff
castelan zu Wenden mp.

z)-z) sic in ms.

N. 14.

Varsaviae, 3 Maii 1635.

*Vladislaus IV rex Poloniae
ad Christianum IV regem Daniae
litterae credentiales pro Francisco Gordon.*

(Orig. sig.) *)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Vladislaus IV, Dei gratia Rex Poloniae, etc., Christiano IV, Dei gratia Daniae, etc. Regi etc., salutem et felices rerum successus.

Serenissime Princeps, Frater et Vicine noster Charissime.

Mittitur a nobis ad Serenitatem Vestram Generosus Franciscus Gordon, commissarius noster, ut nomine nostro quaedam referat. Non dubitamus Serenitatem Vestram aurem facilem indubiamque fidem ipsi concessuram et nostrae voluntatis significationem pari animo accepturam. Quod ut faciat, diligenter eam rogatam volumus ac insuper bene ac feliciter Serenitatem Vestram valere optamus. Datae Varsaviae die III Maii anno Domini MDCXXXV, Regnorum nostrorum Poloni et Sueciae IIII anno.

Serenitatis Vestrae bonus frater
Vladislaus Rex.

In dorso, alia manu: Intim. Cancellariae, 3. Julij anno 1635 in Christiania.

*) *Iam editum:* Acta Pol. Mar. VII. Pars I.
Gedani 1951, n. 42.

N. 15.

s.l., [ante 3 Iulii 1635].

*Vladislaus IV rex Poloniae
Francisco Gordon, legato suo
instructio ad legationem in Daniam, data.*

(Orig.?)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Quam primum vela faciet in Daniam, ubi literis nostris redditis Serenissimo Regi Daniae, studia nostra eidem deferet et ab eo benigne re-

quiret, ut partes nostras in recuperatione Regni nostri haereditarii et provinciarum a Regno Poloniae ablatarum tueatur, praecipue vero ut naves nostras hinc inde navigantes, prout et milites, qui itidem navibus per fretum Cimbri cum deducuntur, transmittat. Qua de re iam per literas cum dicto Serenissimo Rege contulimus et recepimus declarationem amicam.

Haec vera sunt verba instructionis, a Serenissimo Poloniae etc. rege mihi datae.

Franciscus Gordon

In dorso: Traditum 3.VII.35 in Christiania.

Alia manu: Gordons proposition som hand haffuer hoss Kong. May.^{tt} at forrette. Udskreffuen aff hannom self effter instructionens formalia.

A Ser. R. M.^{te} trad. 3 Julij ao 1635 in Christiania.

N. 16.

s.l., s.d. [m. Ianuarii 1633].

*Gerhardus Denhoff, militum ductor,
ad officiales Christiani IV regis Daniae
Vladislai IV nomine de portoribus Sueticis in mari Baltico conqueritur;
ad recuperandam Sueciam consilia petit; liberum transitum per fretum Oresundicum militibus munitionibusque efflagitat.*

(*Exemplar*) *)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Capita privatae legationis.

Seine K. May^{tt}, mein allergnedigster könig undt herr, wolten sich gern mitt Ih. K. May^{tt} in Denmarck berathen undt Dero hochansehnliche königliche vorschläge vernehmen, welcher gestalt die beschwehr undt unertreglicher schwedischer zoll in der Ostsee undt dero haffen muge abgeschaffet werden, in erwegung das es Ih. K. May^{tt} fast eben so nachteilich alss meinem gnedigsten könig undt herren, wie auch an dern königreichen undt landen mehr, alss will auch S. K. May^{tt} gern das Ihrige dabey tun auf Königliche May^{tt} in Denmarcken guttachten undt einraten. Dero in Denmarck K. May^{tt} vertraulichen nachbahrlichen königlichen raht undt hochverstendiges bedencken zu vernehmen uber das königreich Schweden, welcher gestalt mein allergnedigster könig undt herr zu diesem seinem erbkönigreich gelangen muge, zu welchem S. K. May^{tt} von Gott undt rechts wegen... ^{a)} undt allein befüget sein, in sonderheit weil der König aller könige durch die occasion königes Gustavi hochlöbliche gedechtnuss todt, nach seinen unerforschlichen raht, S. K. May^{tt}, meinem gnedigsten könig undt herren tuhr undt tohre da zu geöffnet. Ersuchen derowegen hochgedachte Ih. K. May^{tt} auf das aller freundtlichste undt fleissigste, das Sie alss ein christlicher hochlöblicher könig undt herr undt liebhaber der billigkeit undt rechtens, auch zu verhalten ferner unruhe, krieg undt vergiessung unschuldiges christenblutt, durch

Ihre autoritett undt interposition die sachen dahin mitteln undt dirigiren helffen, damitt die crohn Schweden bey ihrem rechtmessigen erbkönig undt herren verbleiben, noch das sie sich in liberam Remp. vindiciren, welcher status nicht allein meinem allergnedigsten könig undt herren sehr præjudicirlich sein wurde, sondern auch andern benachbahrten königen undt landen, undt erbeutt herkegen S. K. May^{tt} sich dergestalt danckbahrlich undt freundt nachbahrlich bey aller voffallen der occasion Ihrer Königl. May^{tt} in Denmarck undt Dero gantzem königl. hause, wircklich zu erzeigen undt zu beweisen, wie man es von einem rechtvertrawlichen, nachbahrlichen undt bruderlichen königlichen gemuhte wunschen undt hoffen kan.

Mein allergnedigster könig undt herr ersuchet auch auf das allerfreundtlichste von S. K. May^{tt} in Denmarck einen freyen pass durch den Sundt fur soldatten, waffen undt andern krieges muniton, so S. K. May^{tt} von nöhtten hetten wieder Dero feinde, ohn einig schaden undt nachtheil Ihrer vielgedachtten König. May^{tt} noch des königreichs Denmarcken.

Es giebett auch endtlich mein gnedigster könig undt herr hochgedachter Ih. K. May^{tt} zu erkennen undt zu erwegen, welcher gestalt unbefugtsahmer undt friedtbruchiger wise, der Musskowitz den krieg jetzt wieder S. K. May^{tt} undt der crohn Pohlen anfangen, seindt derowegen der freundtlichen zuversicht, das Ih. K. May^{tt} in Denmarck solches nicht allein improbiren, sondern ^{b)} auch ^{c)} auf keinerley wise oder wege ihm einigen zuschub wieder meinem allergnedigsten könig undt herrn als auch der crohn Pohlen tuhn werden.

a) *verbum deest ob lacerationem chartae.*

b)-c) *add. sup. lin.*

*) *cf. Acta Pol. Mar. VII. Pars I, Gedani 1951, n. 4.*

N. 17.

Elsinorae, 6 Iunii 1635.

*Ioannes Low, residens regis Poloniae,
ad Christianum Friis, cancellarium Regni Daniae,
mittit novitates de tractationibus inter Polonos et Suecos; de internuntio
Suetico Hafniae residente conqueritur.*

(Autogr.)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Edhle och welborne gunstige herr cantzler, högtährede patron. Nest min ödmiuke flijtige salutation, mycken lycksaligh och länghwarigh wälmågess troghne önskende och tackseyelssse för myckett bewijst gått, medl. min wälwillige tjänstz tilbiudelssse, sampt hwadh meere iegh nu eller i fremtijden kan förmå medh Gudh alzmechtigh städz tillförenne.

Kan iagh E. H^{tt} tjänstligen medh ährewördhningh icke obemelt läthe, att iagh i gåår affton bekom schriffwelsse, dat. Dantzick den 5. Junij styl. n.,^{a)} uthi hwilken iblandh annatt förmeles, att commissarierne haffwe en gångh waritt tilsammen, men intet fruchtsambligen uthrettett. Ty de

Swenske wele, att H. K. M^{tt} skal affstå titulen, och de Polniske twertt om wele endeligen att de be^{te} Swenske skole (som billigt) igenkalle och casere deress otijldige rijks beslutt och känne H. K. M^{tt} och dess effterkomende arffwingar för deress rette arffkonungh och herrar.

Sedhan haffwe de Swenske derhoss låthitt sigh bemerkie, att de til ingen tractat sigh wele inlåtthe, för än de bekomme Marienburgk, Hoffwet och Stum under deress wåld igen, hwar upå de Polniske haffwe swarett, att man nu wål kunne förmerke, att de ingalunde wore kompne til att handhle om fredh, uthan til att förherie landh och folck, strax der effter är en post affårdett til H. K. M^{tt}. Dessemellen är man i meningh att de på nytt såsom den 6. Juny nest förleedhen åther skulle komma tilsammen igen.

Imeedhlertijdh är H. K. M^{ttz} krigzfolck i ahntågh och komme alle her nedh så många som haffwe legatt högt uppe i landett uppå grentzerna, hwadh nu yttermera her hoss passerendes werder giffwer tijdhen tilkenne.

Der skal och ware schriffwelse ahnkommen ifrå Bretzlaw, att emellen keyseren och h. churfurstlige durchleuchtighet aff Saxen¹⁾ skal wara en fredh truffett, dogh weet man icke met hwadh conditioner.

Eliet är migh berettett, att den swenske agent Johan i Fåghrö²⁾ skal wara dragen til Köpenhamn, der hans förrettande antingen kan lände min nådigsta konungh i någon måtte föruar eller han på något sett tilbuder hindre migh och til min åhres förkleenningh på min bank något kan ahndrage, så bedher iagh tjänstligen och ganske ödmiukeligen, att E. H^{tt} tächtet bewijse migh på min herres wagne den gunstige benägenheet att medh få ordh låthe auisere migh derom, på dett iagh icke allenest der emot wedhergöre må, uthan och (om iagh blifwer iniurieret) driiffwe dett i hans halss igen, medh all iagh och tilbörlicheett. Medh sanningh skal migh intet ondt eller något argt öffwerbewijses, men att iagh haffwer tiänt dem i Swerge som en redeligh och trogen man och de deremot haffwe löönt migh som de aldrigh kunne försware för Gudh eller någott rettålskande folck, dett kan iagh dem bewijse enär som hälst dett omtränger. Förwanter her på itt gunstigt swar medh dett förste. Och will her medh haffwe E. H^{tt} medh sin älskelige käre huussfrw och wårdnader flijteligen önskett under Gudz denss aldrahögghstes mechtige beskyd, til all begärligh wålmåge. Imeedhlertijdh blifwer iagh så nu som altidh E. H^{tt} til all redebogen tjänst med störste tacksamheet wålwilligh.

Datum Helschenör den 6. Junij effter wår styl. Anno 1635.

E. H^{ttz}

tjänstbereddwillige altijdh Hans Low
Resid. på konungens wagne i Påhlandh.

In dorso: Kongh. May^{tz} och Danmarkz rijkes cantz^{ler}, rådth och befallningzman öff^r N., den edhle och welborne herr Christian Frijss til Kragerup, ridder, min högtåhreda patron, dette på dett tjänstligste ödmiukeligen.

1) scil. Ioannes Georgius I, elector Saxoniae

2) scil. Ioannes Fegraeus Strömfelt

a) correct. V. ex.

Thorunii, 17 Iunii 1635.

Vladislaus IV rex Poloniae
 Christiano IV regi Daniae
 litterae credentiales pro Gulielmo Forbes, internuncio suo.

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Vladislaus IV, Dei gratia Rex Poloniae, etc., Serenissimo Principi Domino Christiano IV, Dei gratia Daniae, etc. Regi etc., salutem et omnis felicitatis continuum incrementum.

Serenissime Princeps, Domine, Cognate et Vicine noster Charissime. Quanquam nos et Legatus noster, postquam a Serenitate Vestra rediit, Magnus Nicolaus Korffius, Castellanus Vendensis et eiusdem Serenitatis Vestrae Internuncius, Gedanum primum, post Varsaviam missus, certos ac securos reddiderit classem nostram in portibus Daniae, cum necessitas vel tempestas coegerit, fidam et tutam stationem habituram, attamen ut eo securiores istius promissi et officii simus, iterum atque iterum Serenitatem Vestram litteris nostris compellendam putavimus, non dubia spe ac fiducia innixi Serenitatem Vestram nobis hac in parte gratificationem et benevolentiae suae significationem facturam, cum naves nostras et tuto in dominiis suis consistere et libere per Danica freta commeare permiserit. Quo potissimum nomine Generosum Vilhelmum Forbes, intimum Camerae nostrae familiarem, et Secretarium ac Internuncium nostrum, ad Serenitatem Vestram mittimus, cui ut plenam fidem adhibeat ac cum desiderato responso ad nos quam primum dimittat, amanter petimus. Id autem nos omni studio et mutuo officio Serenitati Vestrae totique Regiae Domui relatueros esse confidat. Cui ex animo longaequam vitam et continuam rerum omnium felicitatem precamur. Datum Thorunii, die XVII mensis Iunii, anno Domini MDCXXXV, Regnorum nostrorum Poloniae III, Sueciae IV anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae benevolus cognatus
 Vladislaus Rex.

In dorso: Prod. Hafniae 24. Augusti Ao. 1635.

Olivae, 3 Iulii 1635.

Ioannes Grabiński, abbas Olivensis,
 ad Nicolaum Kock, mercatorem Hafniensem,
 commendat Gulielmum Forbes, secretarium ac internuntium regis Poloniae.

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Edler, ehrnuester grossgünstiger herr Nicolaus Koch, in sonders guter freundt.

Es werden von ihre königliche ma^{tt} auss Polen, unsers allergnedig-

sten herrn, an ihre konigliche may^t in Dennemarck eine ansehnliche legation zu uorrichten, gesanden, zeiger dieses, der edle und ehrnueste herr Förbes, ihre königlichen m^t secretarius und kammerherr. Weill er dann derselben örter vor diesen niemals gewesen, alss hatt er mich gebeten, dass er möchte an einen gutten freundt commendiret werden. Weil ich mich dann zu E. Herrligkeiten aller gutter freundschaftt versee, alss hab ich obgemelten hr. secretarium derselben hiermit commendiren wollen, freundlich bittende ihm meinentwegen alle gutte freundschaftt zu erzeigen, welches ich hinwiederumb gegenst E. Herrligkeiten in mehrerm albezeit zu uorschulden iederzeit willig und bereit bin. Womit ich E. Herrligk. Göttlichem schutz treulich emphele.

Datum Oliuæ den 3. Julij 1635.

E.E. Herrligk:
freundtwilliger diener
Joan. Grabinski
Abbas Oliuæ
mp.

In dorso: Dem edlen und ehruesten herrn, hr. Nicolao Kock, burgern und kaufman in Koppenhagen, Königlicher M^t in Dennemarck wolluerordneten factorn, meinem günstigem freundtt.

N. 20.

Hafniae, 22 Julii 1635.

*Georgius Vind, thesaurarius Danicus,
ad Christianum Friis, cancellarium regis Daniae,
de Gulielmi Forbes Elsinoram adventu.*

(Autogr., anulo obsign.)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Min gandsche wenlig hilsen allthiid forsendt med Gud vor herre. Nest min wenlig thacksigelse for megit beuist goede, huilckit igen at forschylde jeg allthiid vill findis willig med huis jeg veed h. chanzeler thill ære och thieniste vere kand.

Giffuendis h. chanzeler gansche wenligen thill kiende at en ponischer ²⁾ gesanter veed naffun Forbes, koninlig secretarius och kammerheer, er fra Dansich thill Hellsingöer ankommen, haffuer bestilt sit losemente hoes Nichell Kock och kommer hiid i morgen, huilckit jeg icke kunde forbij gaae at lade her chanzeler wiide, vill hermed haffue hannem med alt kiert haffuende den allmechtige goede Gud befallet.

Haffniae, den 22 Julij Anno 1635.

Jørgen Wind mp.

In dorso: Erlig och welbiurdig mand, her Christian Friis till Kragerup, ridder, kong. may. cantzeler, Danmarchis riges raad och kong. may. befallingsmand paa S. Knudtz closter. Min synderlige gode wen gandsche wenligen thilschr^t.

Alia manu: Jørgen Windtz breff om Forbis.

²⁾ sic in ms.

Hafniae, circiter 26 Augusti 1635.

*Gulielmus Forbes, secretarius ac internuntius [Vladislai IV],
Christiano IV regi Daniae
nomine regis Poloniae gratitudinem exprimit pro promissa a rege Daniae
subsidiaria classe ad bellum contra Suecos prosequendum.*

(Exemplar)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Sacra Regia Maiestas, Dominus meus clementissimus, integram diurnamque valetudinem, perennem regnandi felicitatem et quidquid vel optatissimum vel amplissimum Augustissimae Domui Sacrae Regiae Maiestatis evenire potest precatus, singularem plusquam cognati amoris et rerum omnium studiosissimam propensionem maxima, qua potest, debita voluntatis et amicitiae perpetuae testificatione per me et per hasce litteras Regiae Maiestati Vestrae deffert atque denuntiat. Quibus ego traditis, cum venia Maiestatis Vestrae ulteriora iussa mandataque Regis mei et Domini mei prosequor.

Grata et exoptata Domino meo clementissimo accidit Magnifici Domini Nicolai Corfii non ita pridem ad Maiestatem Vestram missi Legati legatio, tam de optimo erga eum affectu, quam de non aliena ad recuperandum et asserendum haereditarii Regni ius subveniendi voluntate, atque tanti id aestimavit, ut nullum unquam reciprocum officium erga Maiestatem Vestram et inclytam Domum eius vel ommissurus vel recusaturus sit.

Et quia idem Legatus spem Domino meo clementissimo fecit de subsidiaria Maiestatis Vestrae in eventu belli Suetici (quod necessario ob partis adversae contumaciam, quae nullis mediatorum Regum mediis ipsaque Regis mei et Domini mei facilitate ad pacem constituendam flecti potest, suscipiendum erit) classe, idque postmodum Dominus Nicolaus Corfus Gedani primum, deinde Varsaviae satis confirmavit. Non potest eo nomine Rex et Dominus meus clementissimus non plurimum Maiestati Vestrae non debere, quam etiam pro eo, quod classi eius, quantacunque interim comparata fuerit, securum receptum et stationem in portubus, necnon per fretum, quod vocant Sonticum, liberum comeatum, quoties necesse fuerit, concesserit.

In cuius officii et promissi soliditate confirmatus Dominus meus clementissimus, dedit illico in mandatis classis suae Praefectis et certos esse iussit, ut absque omni periculi vel remorae alicuius metu, necessitate vel vi ventorum ac tempestatum cogente, ad portus Maiestatis Vestrae tuto ac secure applicarent et iuxta rei exigentiam subsisterent. Dedit, ut naves istae in locis, ubi exactiones aliquae constitutae sunt, id, quod moris et iuris est, pendant neve ullum damnum incolis vel detrimentum inferant, serio praecepit.

Ita ut nihil aliud desiderari possit, quam ut Maiestas Vestra iteratis vicibus per me quoque secura iam reddatur certoque sibi persuadeat affectum hunc Dominum meum clementissimum tanti semper facturum,

ut nihil tam arduum tamque difficile sit futurum, quod non Maiestatis Vestrae vel inclytæ Domus illius causa prompte ac libere sit præstiturus.

Guilielmus Forbes
Sacrae Regiæ Maiestatis Camerarius,
Secretarius etc. subscripsit.

In dorso: Regis Poloniae Internuncii propositio exhibita Hafniæ circiter 25 Augusti 1635.

N. 22.

Itzehoe, 15 Septembris 1636.

*Volfangus Henricus de Baudissin, colonnellus,
ad principem ignotum
pecuniam sibi debitam repetit.*

(Exemplar)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Cum eorum, qui vices Dei in his gerunt terris, hoc est summorum Regum et Principum, proprium sit non potentia tantum, sed et misericordia, quasi in speculo quodam, summum ac caeleste Numen repraesentare, iisdemque virtutibus non modo singulariter ornata sit Sacra Regia Maiestas Vestra, sed et omnium populorum ac gentium opinione sui similes summa cum laude antecellat, itaque ditiones Sacrae Regiae Maiestatis Vestrae transiens (praecedendo Serenissimam Poloniae Regnam, Dominam meam clementissimam, ad thalamos tendentem regios) atque in isthoc Sacrae Regiae Maiestatis Vestrae oppido obvias habens binas mulierculas, supplice prece cum lacrumis genibusque flexis implorantes intercessionem ad Sacram Regiam Maiestatem Vestram pro maritis suis: Erhardo Ortwein et Iohanne Müller, sub vexillis Magnifici Domini Colonelli Rodolphi Rauchhaupt, Centurioneque eius Domino Iohanne Krause, militantibus, iussu Sacrae Regiae Maiestatis Vestrae extremo addictis supplicio, hanc mihi sumo audaciam atque Sacram Regiam Maiestatem Vestram humillimis fatigo precibus, ut non tam in gratiam mei, quam Serenissimae meae Reginae, haec loca Sacrae Regiae Maiestatis Vestrae transeuntis, necnon Illustrissimorum Dominorum Legatorum Regiorum, Sacra Regia Maiestas Vestra clementiam suam toto terrarum orbe celebratam etiam hisce duobus morti adiudicatis gratiosissime impertire eosque vita donare dignetur. Ego sane uti spem mihi facio certam Sacram Regiam Maiestatem Vestram hoc beneficio singulari Serenissimae Polonorum Domui Regiae, sibi multis nominibus coniunctae et addictae, gratificaturam, ita humillime spondeo Serenissimam Regnam nostram, quae ubique locorum, qua hactenus transit, omnes captivos mortique adiudicatos intercessione sua regia liberavit, hoc evidentissimum amicitiae documentum omni gratitudine suscepturam et coram Sacra Regia Maiestate, Domino meo clementissimo, singulari laudis memoria depraedicaturam. De caetero Sacrae Regiae Maiestati Vestrae optimam valetudinem et florentissima felicissimaque Regnorum gubernacula humillima mente a Deo ter Optimo Maximo apprecor. Dabantur Oldensloae 3/13 Ianuarii anno Domini 1646.

a) Sacrae Regiae Maiestatis Vestrae Domini mei clementissimi
humillimus servitor Stanislaus comes de Koziczyn
Regiae Legationis Poloniae in Gallias Marsalculus manu propria.^{b)}

In dorso: Serenissimo ac Potentissimo Principi et Domino, Domino Christiano IV, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Alia manu: Praesentatae Flensburgh die 7 Ianuarii anno 1646.

a)-b) manu propria.

Glückstatii, 1 Februarii 1642.

*Volfgangus Henricus de Baudissin, colonnellus et ablegatus regis Poloniae
[Vladislai IV],
ad Christianum IV regem Daniae
auxilia contra Gedanenses in casu necessitatis efflagitat.*

(Autogr., anulo obsign.)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Durchleuchtigster, grossmechtigster königk.

Ihm nahmen ihr königl. may., meines allerseits gnedigsten königs und herrn, soll Euer Königl. May. dero freundt-, brüder- und nachbarlichen grues und dinst vermelden und sich Deroselbten gueten königl. zustands erkundigen. Mit wünschung von dem Allerhöchsten bestendiger leibes gesundtheit, glücklicher regirunge, versicherende, das ihr königl. may. ahn sich nichts werden erwinden lassen bey allen vorfallenden gelegenheiten dero guete alte, beständige nachbarliche zuneigungen und freundschaft jederzeit zu bezeigen, der hoffnung das ebenmessig Euer Königl. Mal. mit gleichfütiger freundschaft und wolgewogenheit ihr entgegen gehen und begeben werden.

1. Hautbsachlichen haben vor erst ihr königl. may., mein allergnedigster könig und herr, zu Euer Königl. May. das freundt-, brüder- und nachbarliches vertrauen gesetzt, es werde das was vor jahren auff der reide bey Danzig mit Dero schiffen sich begeben mehr aus dehren mißsgünstigen getrieb und anreizen alls bösser affection zu ihr königl. may. hergeflossen sein, zu maln sie ihres orts darzu anlass gegeben zu haben sich nicht erinnern. Haben auch auff solche confidens vorangezogenes ungeachtet Euer Königl. May. abgeordneten, dem von Waldauen,¹⁾ auff sein geschehenes ansuchen alle königl. affection erwiesen, verhoffen demnach auch, es werde^{a)} ihns künfftig^{b)} ihr von Euer Königl. May. gleiches wiederfahren und ihn erweise...^{c)} nachbarlicher freundschaft nichts ermanglen, darzu sie auch ihres orts erböttigk.

2. Ihm fall die wiederwertigkeit der statt kegen ihr königl. may. und der chron also solte continuiren, wie bies hero geschehen und noch geschichet, ob sich Euer Königl. May. ihn billichen sachen kegen ihr königl. may zur freundschaft und hülf auff gewiesse mass freundt-vetterlichen ein zulassen, ihm fall ihr königl. may. darzu gezwungen und verursacht durch gewaltsame mittel sie zum gehorsam bringen. In betracht dergleichen widersezligkeiten allen königen und pottentaten zu...^{d)} folgerungen und nachtheil ausschlohen und gereichen und zweiffeln...^{d)} may. nicht, das Euer Königl. May. viel lieber hochheit und königl...^{d)} deroselben werden wollen helfen erhalten, alls ihre statth ihn ihrer ungerechtigkeit zu stercken.

3. Bietet also ihr königl. may. Euer Königl. May. freundt-, veter- und brüderlich, Euer Königl. May. Die wolten geruhen sich vertrauhlichen und ausfürlichen herauslassen und sich nachmals ihr königl. may. bestendiger freundschaft unverrenderlichen wiederumb versichern. Und were ihr königl. may. nichts liebers als das sie es ihn der tadt also vort erweisen möchten. Mit was begirden sie Euer Königl. May. gerne ahn die handt sich bekwehmen wolten, welches aus befohl meines gnedigsten

königs Euer Königl. May. ich gehorsambster gebür habe vortragen sollen. Nicht zweiffelnt Euer Königl. May. werden sich dem vertrauen nach zuverlessig erklaren und mich mit gnedigster resolution versehen. Zu Dero königl. afection ich mich bester massen recomandire.

Geschehen zur Glückstatt den 1. Februarij 1642.

Euer Königl. May.
unterthenigster
W. H. Baudissin.

In dorso: ^{e)} Memorial ^{f)} ahn die zu Denemarcken Norwegen Königl. May.

Alia manu: des königl. polnischen abesandten graf Baudissins in p^o der a^o 1637 von der reide vor Danzig weggeführten schiffe und der statt Danzig widersezlichkeiten wider i. kon. m. von Polen.

Productae Glückstat den 1. Feb. 1642.

- a)-b) *lectio incerta ob destructionem chartae* e)-f) *add. posterius*
c) *literae, quae non leguntur, ob destructionem chartae* 1) *scil. Bernardus Waldow*
d) *verbum, quod non legitur, ob destructionem chartae*

N. 43.

Varsaviae, 28 Martii 1643.

*Senatores Regni Poloniae et Magni Ducatus Lithuaniae
universis*

*litterae passus pro rege Daniae Christiano IV in Poloniam ad congressum
cum rege Poloniae venturo.*

(Orig., 12 sigillis obsignatum)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Univerſis et ſingulis, cuiuſcunq; ſtatus, dignitatis aut praeeminentiae fuerint, nos, Senatores Regni Poloniae et Magni Ducatus Lithuaniae inſcripti, praemiſſa ſtudiorum officiorumque noſtrorum delatione ſignificamus, quod cum hactenus inter Sacram Regiam Maieſtatem, Dominum noſtrum clementiſſimum, ac Sereniſſimum ac Potentiſſimum Dominum Chriſtianum Quartum, Daniae ac Norvegiae Regem, literis ultro citroque datis certamen amoris benevolentiaeque mutuae exortum fuiſſet, eiſque progreſſu pro ſingulari Chriſtiani Orbis commo, Regnorum ac provinciarum ipſis utrinque ſubiectionum ſalute ac Domuum ſuarum regiarum firmamento, perſonalis Maieſtatum Suarum in loco Regno Poloniae ſubiectionis congressus placuiſſet, nos eidem congressui abſque omni ſinistra vicinorum et exterorum Principum ſuſpitione inſtituendo aſſenſum noſtrum praebuimus, praefatoque Sereniſſimo Regi liberum ad ditiones Regni Poloniae concedentes aſſenſum, eidem una cum Senatoribus, Conſiliariis, Aulicis, et quocunq; in comitatu Maieſtas Sua aſſuſerit, cuiuſque dignitatis, ſtatus vel conditionis ii fuerint, fidam, tutam ac omnimodam promiſerimus ſecuritam, prout eam praesentibus bona fide promittimus, recipimus et ſpondemus ita, ut eundem Sereniſſimum Regem eiſque comitatu, tam in aſſeſſu quam ingreſſu, et quoad uſque Sua Maieſtas in dominiis Regni Poloniae commorabitur, liberum, ſecurum et

indemnem habituros, praestituros esse, dolo et fraude semotis. Quod ad omnium et singulorum, quorum interest, notitiam deducentes, praesentes literas manibus nostris subscripsimus et in maiorem fidem et evidentius testimonium sigilla nostra appressimus. Datum Varsaviae in Conventione Regni Generali, die XXVIII mensis Martii, anno Domini millesimo sexcentesimo quadragesimo tercio.

Matthias Lubiencki Archiepiscopus Gnesnensis manu propria
Andreas Szoldrski Episcopus Posnaniensis manu propria
Stanislaus a Koniecpole Castellanus Cracoviensis Generalis Regni
manu propria
Caspar Dönhoff Palatinus Sieradcensis manu propria
Lucas de Bnin Opalinski Supremus Regni Marsalcus manu propria
Georgius Dominus in Ossolin Cancellarius Regni Supremus manu
propria
Albertus Stanislaus Radzivill Regni Vicecancellarius manu propria
Marcianus Trysna Magni Ducatus Lithuaniae Vicecancellarius manu
propria
Ioannes Danilowicz Thesaurarius Regni manu propria
Nicolaus de Ciechanowicz Kisska Thesaurarius Magni Ducatus Li-
thuaniae manu propria
Adamus a Casanow Curiae Regni Marsalcus manu propria
Gerhard Comes a Dönhoff Castellanus Gedanensis manu propria.

N. 44.

Varsaviae, 3 Aprilis 1643.

*Vladislaus IV rex Poloniae
ad Christianum IV regem Daniae
litterae credentiales pro Volfango Baudissin.*

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Vladislaus IV, Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi Domino Christiano IV, Dei gratia Daniae etc. Regi etc., salutem et omnem felicitatem.

Serenissime Princeps, Domine, Frater et Vicine noster Charissime. Commisimus certa negotia apud Serenitatem Vestram expedienda Magnifico Andreae¹⁾ Wolgango²⁾ a Baudis, Colonello et Intimi Cubiculi nostri Camerario. Cui ut Serenitas Vestra plenam fidem adhibeat in omnibus, quae nostro nomine propositurus est, studiosamque se exhibeat, amanter postulamus. Hoc quemadmodum Serenitatem Vestram facturam confidimus, ita eidem diuturnam valetudinem prosperosque successus peramanter precamus. Datum Varsaviae die III mensis Aprilis anno Domini MDCXLIII, Regnorum nostrorum Poloniae et Sueciae XI anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae bonus frater
Vladislaus Rex.

Alia manu: Exhibitae Haderslebiae die 19 Novembris anno 1643. Creditiff auf Heinrich Dönhoff.

1) *recte:* Henrico

2) *sic in ms.*

Hic in archivo iacet schedula:

König von Pohlen

1. Trägt verlangen wichtiger geschäfte halber mit ihre May^t sich zu unnterreden.
2. Literæ Fiduciae pro Colonello Baudissin.
3. De die dicenda congressui utriusque Regis et ablegando a Rege Poloniae aliquo suorum Osnabrugam.
4. Credentiales auf Heinrich Dönhoff.
5. Credentiales auf Dönhoff.
6. Promittit commendationis, pro Ioanne Vitzhumb ab Ecksted interpositæ, rationem habitum iri.
7. Laudat Serenissimi Daniae Regis studium in reducenda pace, in eodem ut perseveret, monet, faustum ejus successum auguratur.
8. Rex Poloniae annuntiat obitum Coniugis et Filioli recens nati.
9. Rex Poloniae indicat diem dictam exsequiis coniugis.
10. Dess königl. polnischen gesandten h. Henrich Dönhoffs proposition.

N. 45.

s.l., s.d. [1643].

Vladislaus IV rex Poloniae

*ad Volfgangum Henricum de Baudissin
instructio pro legatione sua ad Christianum IV data.*

(Exemplar)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Memorial

wass von unss an Sld. den könig von Dennemarck, Norwegen etc., unssern geliebtesten oheimb und brudern, unser geheimbtester kriegsrath und cammerher der herr generaleitenant von Baudissin zu verrichten und zu hinterbringen gnedigst befiehlt.

1. Bemühen wir unss eifferig Ihrer Ld. von Dennemarck zu assistiren und wein den pecten zuwieder einzige versamlungen in der chron Pohlen contra Schweden zu führen. Alss haben wir etliche tausent casaken auss der provincien Saporovia bey der Wallachey langst Siebenbürgen durch Ungarn in Schlesien^{a)} in das fürstenthumb Teschen^{b)} zu führen angeordnet, welche denn von ihrer ld. der röm. keyserl. may^t zu-

geordneten commissarien, so Ihre Ld. von Dennemarck zugleich am keyserlichen hoffe mit urgiren wolle, vollends hinunter an die seeporten können gebracht werdenn.

2. Und weil wir auch an ihre ld., die röm. keyserl. may^t ümb zuthunge ein par tausent guter musquetirer und ein tausent guter reüter, so Ihre Ld. von Dennemarck gleichfals an ihrem orth anregen wolten, ansuchen lassenn, welchs wir auch verhoffen, dass es gewilligt werden solle, könnte dergestalt ein zimblchs corpo gesamblet und mit solchem eine gute diversion in Schweden oder Lifland gemachet werden. Zumaln wan Sld. auch zugleich mit diesen ein par tausent musquetirer und ein tausent guter reüter sich von den Ihrigen coniungiren liesenn.

3. Es müssen Ihre Ld. von s. ld. der röm. keyserl. may^t einen sammelplaz in Schlesien begehren, so wolten wir inn unseren städten und fürstenthumb Preüssen werbungen von teütschen soldaten anstellen lassen und die newgeworbene völcker dahin schickenn.

4. Die mittel sollen nicht allein von Ihrer Lbd. herüber gemachten geldern genommen werden, sonndern wir erbieten unss auch dabey die unserige herzuschiessen, ümb dass was würckliches möchte verrichtet und Sld. entsetzet seinn.

5. Und weiln Sld. meister in der see sein, möchten sie solchs corpus übersetzen lassen, wohin Sie am meisten vermeinten bedienet zu sein.

6. Die mittel Seiner Ld. künfftig ferner an die handt zu gehen, wolten wir von der zulage, so ohne dass die Dantziger in der stadt nehmen, auf unserer reede vorgemelter unserer stadt, welchs wir zugleich künfftiges voriahr mit hülffe Seiner Ld. anzuordnen entschlossen, hernehmen und Seiner Lbd. damit ausschelffen.

7. Wan auch Sld. dero intention dahin zu disponiren, wie vor diesem, annoch entschlossen unss dieses orths in Preüsen an der seekant mündlich zu sprechen, hetten wir nochmahls freündt-, oheimb- und brüderlichen darümb zu bitten und könten wir allssdan einen solchen schluss nehmen, der ohn zweiffel beyder partheyen zum aufnehmen gedeyen würde.

8. Ess würde nicht undienlich sein, wan S.Ld. künfftigen reichstag iemands von Dero anerschickten unndt von unsern stenden des reichs eine summe geldes zu entleihen einen versuch thetenn.

9. Wir wehren auch entschlossen ümb ein zwantzig tausent polnischer pfund bley S^r Ld. in unser stadt Danzig folgenn zu lassen.

10. Wegen Seiner Ld. hern sohn graff Woldemarn wollen wir uns auch höchst bemühen, dass wir, S^r Ld. zum besten, dessen entledigung urgiren und erhalten.

11. Wan S^r Ld. unss den gefallen erweisen möchten und unss unsern der stadt Dantzig zugehörigen secretarium herüberschicken und in unsere hende liefern, alls welcher nichts anders alls zu unserm nachtheil, wie zugleich S^r Ld. zuwider, denn Schweden aber zum besten, derenn örten negotyren thueth, würden wir S^r Ld. in dergleichen und mehren wiederümb verbunden sein.

12. Die schiffe, so Hispanien zu liefern verbunden, an der zahl vierzehen, könten S. Ld. auch uf gewisse masse habhafft seinn.

13. Wenn S^r Ld. sonsten beliebte strachs mit einem corpo in Lifflandt eine diversion zu machen, wehre der orth Salis, an welchem ein guter

haffen, sehr bequelmlich. Dahin könten wir auch viel eylender Deroselben mit einem succurs beyfallen, weiln es ungleich näher und unss sehr bequelm, würde auch Sr Ld. viel leicher zu thuen fallen. Die numer der völker, so sich Sr Ld. entblösseten, würde durch die keyserliche wie auch unsere werbungen, so wir anstellen, hinwieder ersezet.

Wass nuhn Sr Ld. entschlossenn, werden Sie unss sehr schleüinigh wisszen lassen, damit wir unsere sachen darnach anzustellen und ins werck zu setzen wissen mügen.

Vladislaus

Locus sigilli Regij majoris.

In dorso: Copia des königlichen polnischen memorials, so dem h. generalleütenant von Baudissin mitgegeben.

a)-b) *add. in marg.*

N. 46.

Grodnae, 27 Septembris 1643.

*Vladislaus IV rex Poloniae
ad Christianum IV regem Daniae
litterae credentiales pro Henrico Denhoff.*

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Vladislaus IV, Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi Domino Christiano IV, Dei gratia Daniae etc. Regi etc., salutem et omnem felicitatem.

Serenissime Princeps, Domine, Frater et Vicine noster Charissime.

Quandoquidem ob certas easque gravissimas rationes congregi nonnullaque negotia cum Serenitate Vestra communicare in praesentia, quod summopere optabamus, non potuimus, mittimus ad Serenitatem Vestram praesentium exhibitorem, Generosum Henricum Dönhoff, Capitaneum Hermetensem, Intimi Cubiculi nostri Familiarem et Legatum nostrum, cui iniunximus, ut praemissa debita salutatione faustaue felicium successuum congratulatione, partem negotiorum eorundem praesens ibidem Serenitati Vestrae proponat. Quare ut illum Serenitas Vestra benigne accipiat ipsique fidem in iis, quae nomine nostro apud ipsum aget, adhibeat, benevole postulamus. De caetero Serenitati Vestrae longaeavam valetudinem et omnia fausta a Deo precamur. Datum Grodnae die XXVII mensis Septembris anno Domini MDCXLIII, Regnorum nostrorum Poloniae XI, Sueciae vero XII anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae bonus frater
Vladislaus Rex.

In dorso: Exhibitum Haderslebiae, die 19 Novembris 1643. Creditiff auf Heinrich Dönhoff.

Haderslebiae, 21 Novembris 1643.

[*Henricus Denhoff*] *legatus regis Poloniae [Vladislai IV]*
ad Christianum IV regem Daniae
puncta legationis Polonicae ad conventum Monasteriensem destinatae
regi Daniae exponit eiusque operam mediatricem expetit ad perpetuam pacem inter Sueciam et Poloniam ineundam.

(*Orig., anulis obsign.*)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Puncta so im nhamen ihrer koen. may^{tt} zu Polen und Schweden von dero abgesanten, der koen. may^{tt} zu Dennemarken und Norwegen proporet worden.

I. Thuett sich die koen. may^{tt} zu Polen und Schweden nebst assecurirung ihrer beständigen treuw und freundschaftt gegen ihre koen. may^{tt} zu Dennemarken gar hoehlich bedanken vor die biss dato gehaltene correspondens und zugeschickte communicationes und praecustoditiones, welche so woll die gantze Cristenheitt als sonderlich die beide koennigliche heuser und dero koennigreich betreffen thuen, fleissigst bittende die koen. may^{tt} zu Dennemark ferner darin zu continuiren und zu verharren freuntlichst geruhen wollen.

II. Demnach giebett die koen. may^{tt} zu Polen und Schweden der koen. may^{tt} zu Dennemarken zu vernhemen, dz sie erlangeter nachrichtt zu folge, nichtt allein ihren secretarium nach Frankreich abgefertigett, sondern auch dem itzigen an die koen. may^{tt} zu Dennemarken abgeschicketen gesanten auff die zu Münster vorgenommene tractaten dess reichss ein wachendes auge zu haben aufferlegett.

III. Weillen aber die koen. may^{tt} zue Polen und Schweden zu solchen tractaten von den parten nichtt ersuchett worden und dannenhero ihrer autoritett und hoheitt nichtt gemeess zu sein erachtett ihren gesanten vollends auff die tractaten zuschicken. Als soll der abgesanter zwar selbstn sich beim koenniglichen dennemarkschen hofflager aufhalten, seiner leute aber einen nach Münster verordnen, alle rhattschläge und vornhemen der parten fleissig zu observiren, und mitt rhatt undt beistandt der koenniglichen dhänischen commissarien alle praepudicia utrumque Regem et Regna afficientia zu verhueten und zu hintertreiben, auch seinem principalen von allen nachteiligen anschlügen ungesaumett zu avisiren, damitt derselbe durch fuegliche mittell ihnen begegnen koenne.

IV. Doch soll sich der abgesanter in dhem allem der koen. may^{tt} zu Dennemarken und Norwegen reifsinnigenn bedenken bequemen und nach dero guttachten verfahren.

V. Wirtt die koen. may^{tt} zu Dennemark gar hochlich gebeten, sich in den tractaten eines ewigwährenden friedens zwischen ihr koen. may^{tt} zu Polen und Schweden und dan der krone Schweden zum mediatore hochgeneigt gebrauchen zu lassen. Sintemaln der koennig und die krone Polen davor halten, dz keinem besser alss der koen. may^{tt} zu Dennemarken solche wichtige handlung zu vertrauen sei, angesehen dz dieselbe als nummher der aeltiste koennig der Cristenheitt nichtt allein wegen ihrer hohen autoritet, fuertreflichen experiens und weitberühmten dexteritet

billich von allen potentaten der Cristenheitt lieb und wert gehalten werden solten, sondern auch wegen ihres reifsinnigen vorstandes und rechtliebenden gemütes der sachen den besten ausschlag wirtt geben koennen. Solches wirtt die koen. may^{tt} sambtt den stenden der krone Polen vor eine sonderbhare gutthatt erkennen, und es wider respective mitt aller freuntwillicheitt und gebürender observans zu verschuelden und zu demeriren sich befleissigen.

In dorso, alia manu: Des königl. polnischen gesanten h. Hinrich Donhoffs propositio Haderschleben, den 21. Novembr. 1643.

N. 48.

Asseniae, 4 Ianuarii 1644.

*Officiales Danici, nomine regis [Christiani IV]
legato Polono Henrico Denhoff
resolutio ad legationem ipsius.*

(Concept.)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Serenissima Regia Maiestas Daniae, Norwegiae, Dominus noster clementissimus, inter alia ex nuperrima Nobilissimi et Generosi Domini Henrici Dönhoffen, tanquam in praesentiarum Serenissimi Principis Domini Vladislai IV etc. Excellentissimi ^{a)} Legati eiusdemque, Capitanei Hermetensis et intimi cubiculi familiaris, Haderslebiae facta propositione percepit, quomodo eiusdem Maiestas pacem cum Corona Sueciae, maxime cum in superiori induciarum recessu ulteriorum tractatum mentio iniecta fuerit, in perpetuum, si aequis conditionibus fieri posset, stabilire in eoque negotio Regiam Maiestatem Daniae, tanquam inter modernos Europae et Orbis Christiani Principes et aetate et consilio valentem, adhibere, imo eiusdem mentem super mediis, quibus iudicio Serenissimi Daniae Regis lis ita dirimi commode possit, ut explicare non gravetur, expetere, in eventum vero arctiorem cum eadem amicitiam et confederationem inire intendat.

Quamvis nunc Regia Maiestas Daniae, ut quae ad pacem eiusque studium quam propensissima, hanc delatam provinciam cum gratiarum actione et summa alacritate in se adsumpsisset, officiaque sua in tam gratissimo negotio praelaudatae Maiestati et Coronae Poloniae prompto animo et studio praestitisset, incidit tamen, quod praeter omnem spem et expectationem facies rerum mutata ipsaque Serenissima Regia Maiestas Daniae a Generali Campi Mareschallo Suecico, Leonhardo Torstensonio, ut qui Ducatus suos, Selesvicensem nempe et Holsatae, ante aliquot septimanas, nulla plane iniuria provocatus nulloque iure vel ratione fretus, nisi quod nimia felicitas aliquando faciat, ut homines, foederibus pactisque neglectis et contempta religione, saepe sibi omnia licere arbitrentur cum exercitu suo hostiliter invasit, indies ^{b)} ulteriorem irruptionem minatur ^{c)} subditosque bonis ^{d)} exuit ^{e)} et usque in hanc horam contributionibus nimis aliisque quam maximis iniuriis vexat et afficit, ^{f)} iniuste laesa sit et quidem contra omnium gentium iura, quae absque praegnanti causa et sine praevia decenti denunciatione bellum inferre iniustum barbarumque ducunt.

Sed quid de gentium legibus^{g)} dicendum, cum propria pacta et conventa inter Regna Daniae et Sueciae infringere Sueci^{h)} non erubuerint, quippe quibus expresse cautum est, ut controversiae, si quae subortae fuerint, quarum tamen hoc tempore Serenissima Regia Maiestas Daniae neutiquam meminisse potest, antequam armis res agatur. Senatorum utriusque Regni iudicio subiici, et si inter illos non conveniat, tum demum arbiter, cuius decisioni committatur, eligi debeat. Et licet ipsi barbari haec summopere improbarent, multo gravius tamen crimen esse videturⁱ⁾ Regiam Maiestatem^{j)} Daniae, Suecorum pacis unice rationem habentem,^{k)} imo Legatos suos Osnabrugum ad pacis tractatus,^{l)} tanquam ex unanimi^{m)} consensu omnium interessentium adoptatus mediator,ⁿ⁾ non solum ablegando, verum etiam usque in hunc diem, non sine maximis impensis, ibidem alendo, sinistri nihil suspicatus, sed^{o)} tali amicitiae officio Suecum funesto^{p)} bello indicta causa adoriri.^{q)}

Quam irrito vero conatu frustraneoque successu Maiestas eiusdem, rebus sic stantibus, inter Coronam Poloniae et Sueciae sese interponeret et quam in vanum^{r)} de mediis pacis sollicita foret, nemo non videt. Interim tamen quoad foedus a Regia Maiestate Poloniae propositum attinet, cum Serenissimus Daniae Rex per memoratam^{s)} hostilem Suecorum invasionem omnia ea, quae foedus a Rege Poloniae desideratum ipsi iniungere^{t)} potuisset, sponte et re ipsa iam praestare cogatur, non dubitat Serenissimus Rex noster, quin Regia Maiestas Poloniae magis rerum testimoniis, quam scriptis foederum tabulis contenta,^{u)} de sincero suo foedus sancienti affectu re ipsa vicissim contestatura^{v)} sicque alieno quasi^{w)} periculo cauta, quid propriae suae securitati conducat et foedus securum proponenti competat, mature et opportune conferre et, quod facto opus est,^{x)} praestare conatura sit.

Antiquius enim nihil est Maiestati Daniae, quam cum eadem et Corona Poloniae indissolubilem amicitiam colere et in aeternum fovere. Suntque haec, quae Serenissima Regia Maiestas Daniae praedicto Domino Legato, quem alias etiam singulari regia gratia et clementia prosequitur, in vim benignissimi responsi iussit exhiberi. Actum Asseniae Fyonum, die 4 Ianuarii, anno 1644.

Resolutio Domino Legato Polonico Henrico Dönhoffen data.

In angulo infra: Asseniae Fyonum, die 4 Ianuarii anno 1644.

- | | |
|--|--|
| a) Excellentissimi pro expuncto: Magnifici suprascriptum est. | n) sequitur verbum expunctum: ab |
| b) verbum: indies supra lineam est scriptum. | o) verbum: sed pro expuncto: et suprascrip- tum est. |
| c) sequitur verbum expunctum: et | p) verbum: funesto suprascriptum est pro aliquo verbo expuncto, forsitan: cruento |
| d) supra lineam expunctum est verbum: ini- quis | q) verbum: adoriri pro alio verbo expuncto suprascriptum est. |
| e) sequitur expunctum verbum: aliis | r) verba: in vanum pro expuncto: frustra suprascripta sunt. |
| f) verba: et afficit suprascripta sunt pro ali- quo verbo expuncto. | s) in margine scriptum. |
| g) verbum: legibus suprascriptum est pro expuncto: iuribus | t) verbum: iniungere pro expuncto: imperare suprascriptum est. |
| h) Sueci supra lineam additum est. | u) sequitur expunctum verbum: et |
| i) sequitur verbum expunctum: quod | v) sequitur expunctum verbum: sit |
| j) in ms. correctum ex: Regiae Maiestati | w) quasi supra lineam additum est. |
| k) in ms. correctum ex: habenti | x) verba: quod factu opus est supra lineam scripta sunt. |
| l) sequitur expunctum verbum: ibidem | |
| m) verbum: unanimi supra lineam est ad- ditum. | |

s.l. [1643-1644].

[*Henricus Denhoff, legatus regis Poloniae,*][*ad officiales regis Daniae*]*propositio reconciliationis inter Sueciam et Poloniam.**(Exemplar)**T.K.U.A. Polen A.II.10.*

1. Ob nichtt etwas eine heirhatt zwischen der itzigen koennigin in Schweden und einem von den polnschen printzen oder mitt der koennigin künfftigem weiblichen erben und einem der familien meines allergnedigsten koennigess und herren gestifttet werden koente.

2. Da diese koennigin verstuerbe ohne leibliche erben, dz alsdan die itzige koennigliche polnsche familia vor allen andern zum reich Schweden den verzuk haben moechte.

3. Wan dieses nichtt zu erhalten stuende, dz dennoch keiner ohne consens des öeltisten dieser koenniglichen familien zum koennigreich Schweden gelangen koente, und also dzselbe koennigreich von dieser familien gleichsamb recognoscirett wurde.

4. Oder aber dz nach dieser koennigin ableiben der oeltiste der koenniglichen polnschen familien bei dem titell des koenniges in Schweden verbliebe und die krone Schweden entweder per Gubernatorem oder per Senatam a Rege instituendum regierett und 2 teill der einkünfft dem koenige, dz dritte aber zu des reichss besten deputirett wuerde.

5. Wan solches auch fhelete, dz Finlandt, Estlandt undt Liflandt dieser familien in perpetuum assignirett und abgetreten werden moechte.

In dorso alia manu: Ohngefehrliche media so der polnischer gesandter her Dönhoff ubergeben, woruff er vermeinet der friede zwischen Pohlen undt Schweden etwa zu erhalten.

*Gedani, 2 Augusti 1644.**Elias Arciszewski, militum ductor et legatus [Vladislai IV],**ad Christianum IV regem Daniae**se excusat, quod officium suum regi aliquas ob causas deferre duxerit.**(Orig., autogr., anulo obsign.)**T.K.U.A. Polen A.II.10.*

Serenissime Potentissimeque Rex ac Domine Domine Clementissime.

Iniquissima hostium in provincias Regiae Maiestatis Vestrae impressio, quanquam non nova ab illis, qui ut ambitioni suae gratificentur, vicinorum omnium quietem insperata ferri licentia perturbare nulli sibi religioni ducunt, prout omnibus aequi rectique amantibus, ita et mihi una cum dolore iustam indignationem iniecit. Cum autem non dubiæ ad primam rei famam viros undequaque fortes accurrisset, qui et vindici Dei et victrici toties contra eosdem hostes Regiae Maiestatis Vestrae dextrae ir propulsanda tam insigni iniuria subservirent, non immerito rationem reddendam mihi puto, cur ipse tot beneficiis Regiae Vestrae Maiestati antehac obstrictus officium tardaverim. Ea vero non aliunde

procedit, quam ab iniquitate fortunae meae, quae cum in aula Regis aliquin optimi, obstante cleri invidia, par virtuti quantulaecunque praemium non inveniret, ad extremos huius Regni et Scythis pene proximos fines me protrusit ubi sub patrocinio Illustrissimi Castellani Cracoviensis¹⁾ eiusdemque supremi exercituum ducis votis meis securior fruor. Hic vero et serius, quid Regnis Regiae Vestrae Maiestatis ageretur, intelligere mihi datum est, et dum novo patrono operam meam probo, assultante in vicinia perfido toties hoste, ab illius latere nusquam discedere mihi licuit. Excivit me tandem ab illis oris, inter caeteros aulae suae ministros, Serenissimus Rex, Dominus meus clementissimus, ad Reginae exequias Cracoviae celebrandas. Ubi cum in fratrem, a viginti annis in patria non visum multorumque votis expetitum incidissem, impetravi et a Serenissimo Rege et ab Illustrissimo Castellano Cracoviensi, ut eundem Gedanum usque comitari mihi liceret, non alio magis fine, quam ut de statu Regnorum Regiae Vestrae Maiestatis et eiusdem armorum successu propius aliquid intelligens, exinde consilium super officio Regiae Vestrae Maiestati a me debito temperarem. Cum autem absentibus aliis, iis solis, quae Nicolaus Coquus, Regiae Vestrae Maiestatis subditus, suggerebat, non satis acquiescerem, faciendum mihi tamen duxi, ut arrepta quam offerebat ille occasione, studii mei proclivitatem Regiae Maiestati Vestrae aperirem.

Erant et alia nonnulla, quae Regiae Vestrae Maiestati exponenda ducebam, sed cum non ea nunc sint tempora, ut Regia Vestra Maiestas ad prolixas vacet literas, Cancellario Regiae Vestrae Maiestatis Reventlavo, Secretariove Gunthero, eadem exponenda potius censui, qui captato otio Regiae Vestrae Maiestati ista referant et responsum pro re nata eliciant. Mihi iam aliud nihil restat, quam ut voto claudens epistolam Regiae Vestrae Maiestatis vitam ac fortunam divini Numinis protectioni commendem, quod facio ea fide atque animi demissione, quam debeo tanquam

Sacrae ac Serenissimae Maiestatis Vestrae Regiae
devotissimus cliens Heliass Arcissevius manu propria.

Datum Dantisci, Augusti 2, salutis nostrae 1644.

In dorso: Serenissimo Potentissimoque Regi ac Domino Domino Christiano Quarto, Daniae etc. Regi etc.

1) Stanislaus Koniecpolski.

N. 51.

Gedani, 2 Augusti 1644.

Elias Arciszewski, militum ductor et legatus [Vladislai IV], ad Detlevum Reventlow^{a)}, regis Daniae cancellarium, causas exponit, ob quas hucusque coram rege Daniae [Christiano IV] se non stitit.

(Orig., autogr.)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Magnifice et Generose Domine Cancellarie, Domine et Amice plurimum Colende.

Cum maiora sint documenta gratiae et beneficiorum Serenissimi Re-

gis Daniae, Domini mei clementissimi, quam ut ulla locorum intervalla aut annorum spatia illorum memoriam apud me intercipere aut delere valeant, officii mei esse duxi, ut Sacrae Regiae Maiestati primum in devotissimi animi mei signum testarer dolorem ex eo conceptum, quod Sacra Regia Maiestas ferociam, superbiam et impotentem Suecorum licentiam, toti fere Christiano Orbi insultantem, ipsa quoque sustineat. Deinde vero, ut Sacrae Regiae Maiestati rationem redderem, cur non prius Sacrae Regiae Maiestati debita obsequia repraesentem.

Id cum in litteris ad Sacram Regiam Maiestatem breviter expresse-
rim, nunc additis etiam aliis quibusdam per Magnificam et Generosam
Dominationem Vestram, denuo exequi statui idque duabus de causis.
Primum, quod cognita mihi sit singularis illius humanitas et prona in me
voluntas. Deinde, quod sincerus illius affectus et studium erga Sacram
Regiam Maiestatem universoque Regno spectatum, spem mihi faciat fore,
ut, si ea de quibus scribere aggredior, alicuius frugis videbuntur, a Ma-
gnifica et Generosa Dominatione Vestra mature ad rem conferantur.

Quod itaque hactenus Sacrae Regiae Maiestati, hoc illius rerum statu,
me non stiterim, eius non alia est causa, quam de qua aliquoties Sacrae
Regiae Maiestati coram et per litteras conquestus sum, illa nimirum no-
vercantis fortunae invidia, quae per malignitatem et odia cleri merita et
spes meas premit. Cui cum imparem me in aula Sacrae Regiae Maiestatis,
Domini mei clementissimi et mihi caeteroquin faventissimi, cernerem,
id quod militari viro aptius videbatur feci et ad Illustrissimum Castella-
num Cracoviensem,¹⁾ supremum exercituum Regni ducem, me recepi atque
sub illius patrocinio res meas ita constitui, uti habeam quod illi post
Deum imputem. Verumtamen ut est ingenium humanae naturae, quae sua
in aliis vota ac commoda sectatur, non sine certis legibus huic fortunae
inauguratus sum, ideo illo invito aut nescio alias fortunae auras mihi
captare integrum non est.

Praeterea contra vicini hostis insidiantem perfidiam continuo in pro-
cinctu esse oportuit, quod palam faciunt binae proximae expeditiones,
quae per totam aestatem et bonam partem hyemis in castris nos deti-
nerunt. Nuper vero obitus Serenissimae Reginae me cum caeteris Sa-
crae Regiae Maiestatis ministris Cracoviam coegerat. Quo quidem etiam
germanus meus supra viginti annos in patria expectatus, ut obsequium
Sacrae Regiae Maiestati debitum testaretur, advenerat. Quo offitio de-
functus, cum Gedanum denuo accingeretur, impetravi et ego a Sacra
Regia Maiestate et ab Illustrissimo Castellano Cracoviensi comineatum
illum prosequendi.

Cum Gedanum advenissemus, nihil magis in votis habui, quam ut
possem de valetudine, victoria et secundis successibus Serenissimi Daniae
Regis cognoscere certius quid. Verumtamen etiam in eo non ita, ut vo-
luissem, eventus voto meo respondit, quod nec Dominum Baudisium nec
Dominum Christianum Horsitmanum, interiorum gnaros, ad manum
habere potuerim. Nactus tamen ibidem Nicolaum Cocum, quamquam ab
eo nihil aliud, quam quae studium partium vulgo spargit, discere potue-
rim, occasione tamen utendum ratus sum, quam in Daniam mihi ille
offerebat, praesertim cum essent quae non meo tantum, sed et fratris²⁾
mei et Illustrissimi Ducis Radivilli³⁾ nomine expedienda venirent.

Ac meo quidem nomine ausim id a Magnifica et Generosa Domina-
tione Tua contendere, ut causam meam apud Sacram Regiam Maiestatem

ita agat, ne aliquam idcirco gratiae eius iacturam faciam, quod quinque olim Regum christianorum stipendia meritis, nunc ex nutu eius, quem natura equitem produxit Polonum, ita pendeam, ut si quid contra mentem eius audeam, reditus mihi in patriam abdicandus sit. Germanus vero meus, cui nihil magis in votis, quam ut quam primum Sacrae Regiae Maiestati se sistat, non immerito accusat fortunam suam, quae haec vota illi invidens Illustrissimi Ducis^{b)} Radivilli ministros ea supinitate occupavit, ut contra voluntatem Domini sui et promissum debitum, quo Dominus illorum fratri meo obstrictus tenetur, ad diem praestitutum^{c)} non reddiderint. Ita ultra centum quinquaginta milliaria in Lithuaniam me quoque comite ius suum (est enim tanti) persequi subigitur, nec ante sex septimanarum spatium reditum suum maturare potest. Non tardabit tamen expeditis hisce ad Sacram Regiam Maiestatem festinare, ut voluntatem ac iussa eius discat.

Tertius, cuius causam hic agendum^{z)} suscepi, est Illustrissimus Dux Radivilius, cuius litteras vigesima Martii Bruxellis scriptas tertia demum Iulii Cracoviae accepi, quibus mihi significat sibi a Serenissimo Rege Galliarum optionem datam esse, ut in ipsius exercitu aut maresalcus campi, aut generalis equitatus peregrini dux esse vellet, sed quoniam citra permissum Sacrae Regiae Maiestatis, Domini sui, contra Domum Austriacam stipendia facere ei non est integrum, voluit a me certior fieri, an forte Serenissimus Rex Daniae offitium suum non acceptaret sibi que ultra delectum mille vel bis mille equitum munus aliquid in exercitu suo conferre dignaretur. Cuius quidem rei illius nomine conficiendae ac transigendae potestatem ab eo accepi, super qua litteras ipsius, si usus ita ferat, proferre paratus sum.

Caeterum cum haec omnia, quae tam me quam fratrem meum ac Illustrissimum Ducem Radivillum attingunt, ab expressissima Daniae Regis pendeant voluntate, eius declaratio de his expectanda mihi erit, quam ut Magnifica et Generosa Dominatio Vestra ab ipso primo quoque tempore eliciat, vehementer rogo.

Libet tamen addere, si forte Sacrae Regiae Maiestati aliquid horum visum fuerit opus illius fore literis, tam ad Sacram Regiam Maiestatem, Dominum meum clementissimum, quam ad Illustrissimum Ducem Exercituum, Castellanum Cracoviensem, cuius auctoritas mihi maximo usui esse poterit, tum vero luculenta informatione necessariis instructa instrumentis. Mihi quidem is, quo Sacra Regia Maiestas, Dominus meus clementissimus, Serenissimum Daniae Regem complectitur, immensus affectus fiduciam certam facit non poenitendum hinc Sacrae Regiae Maiestati fore consiliorum suorum fructum, praesertim si idoneus aliquis et ad agendum ac conveniendum plena potestate instructus ad Sacram Regiam Maiestatem mittatur. Hisce me gratiae Magnificae et Generosae Dominationis Vestrae commendo tanquam

Magnificae et Generosae Dominationis Vestrae
addictissimus Elias Arcissevius.

Dabantur Gedani, Augusti 2, salutis nostrae 1644.

a) *cfr. numerum praecedentem, ubi hoc nomen cancellarii regis Daniae nominatur.*

b) *in ms. Duci*

c) *in ms. praestitutam*

z) *sic in ms.*

1) *Stanislaus Koniecpolski.*

2) *Christophorus.*

3) *Ianussius.*

Grodnae, 6 Aprilis 1644.

*Vladislaus IV rex Poloniae
ad Christianum IV regem Daniae
litterae credentiales pro Gerardo Denhoff.*

(Orig., anulo obsign.)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Serenissime Princeps, Domine, Amice et Vicine noster Carissime. Perpetuum nostrum et sincerum in res Fortunamque Serenitatis Vestrae studium constans requirit suae demonstrationis officium. Unde, licet post novissimum hunc eventus in dominiis Serenitatis Vestrae turbine armatique consilii, quod sacra omnia pacisque intima inopinato motu involvit, tempestatem serius in hoc negotio Serenitati Vestrae scribamus, minime tamen arbitramur id illam cessationi affectus nostri attributuram esse. Eiusmodi enim casuum pensiones, ut subita domi requirunt remedia, quae nec desunt nec deerunt Serenitati Vestrae, ita maturam in vicinis atque amicis deliberationem patiuntur. Quare ut primum a tantae rei consideratione animum recepimus, Magnifico Gerardo Doënhoff, Palatino Pomeraniae, facultatem ad id dedimus, ut super tam violenta pacifici status mutatione animi nostri sensum Serenitati Vestrae edisserat, cum scripto nostro talia fusius exequi parum opportunum iudicemus, id porro in votis habentes, ut consilia et actiones Serenitatis Vestrae faustis successibus et omni felicitate cumulentur. Dabantur in arce nostra Grodnensi die VI mensis Aprilis anno Domini MDCXLIV, Regnorum nostrorum Poloniae et Sueciae XII.

Serenitatis Vestrae bonus frater
Vladislaus Rex.

In dorso: Serenissimo Principi Domino Christiano IV, Dei gratia Daniae etc. Regis etc.

Alia manu: Praesentatae Copenhagen den 23 Junii 1644. Der König Von Polen creditiret Herrn Denhoffs schreiben.

Mariaeburgi, 5 Augusti 1644.

*Gerhardus Denhoff, palatinus Pomeraniae,
ad Detelevum Reventlow, regis Daniae cancellarium,
de victoria navali Danica gratulatur; vehementer negat ministrum Polonum mediatorem esse inter imperatorem et Suecos eiusque falsi rumoris rationes explicat; alias novitates mittit.
(Autogr., sig., docum. partim humiditate delet.)*

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Wolgebohrner h. cantzler.

Desselben handschreiben von dehm 3. Julij aus Copenhagen ist mir vor zweher tagen alhier woll eingehendiget worden. Ih. K. May^{tt} von Denmarcken schreiben an Ih. Ko. May^{tt}, mein gnediger köhnig undt her-

ren, welches alsbald von mir fort gesehett...^{a)} Ih. May^{tt} von Denmarcken die beandworttende auf mein...^{a)} Deroselbigen, dehm h. cantzler committirett undt ^{b)} nuhr ^{c)}...^{a)} den versichern lassen, ist mir hertzlich lieb zu vernehmen...^{a)} wolle er hinwiederumb unbeschwehret Ih. May^{tt} versprechen ^{b)} meiner ^{c)}...^{a)} in untertehnigkeitt tragende beständigen gutten...^{a)} vor, das ich gewisslich mich dero gestalt Ihres königlich...^{a)} glucklichen...^{a)} Dero wiederwertigkeiten undt ungluck mir zu hertzen gehen lassen, alss...^{a)} May^{tt}...^{a)} geschwohrener diener wehre, undt in Deroselbige...^{a)} gesessen...^{a)} hette. Gott der herr wolle Dieselbe in Dero rechten beystehen undt Ihre Königliche waffen, heroische tahtten wieder...^{a)} feinde segenn. Wie dan dieser tage, Gott lob, die gute zeitung alhier angelangett, alss das Ih. May^t in der Ostsee den 1. Julij eine ...^{a)} liche, städtliche victoriam wieder die schwedische flotta sollen erhalten haben. Der Herr der herscharen gebe, das sich es also verhalten, woran ich dan gar nicht zweiffle, weil Ih. May^{tt} eine gerechte sache haben wieder Dero...^{a)} ungerechte feinde. Ich bitte der h. cantzler wolle sich belieben lassen mit dehm ehesten alle particularia mir darvon zu melden.

Was anlangett des polnischen ministri, dessen der herr gedenckett, das er in geheimb frieden tractiren zwischen denen kayserlichen undt schwedischen, habe ich solchs mitt besturtzung undt verwunderung verstanden wehr nun derselbige sein muss, der sich eines solchen freventlichen stuckes unterstanden, möchte gern wissen. Dan ich versichert bin, das Ih. May^{tt}, mein genedigster könig undt herr, nimmermehr dergleichen gedanken gehabt, noch iemanden solches committiret, weil es nicht allein contra officium veri amici et boni vicini gröblich gesundigett wehre, sondern auch ratio status undt das eigen interesse dergleichen zu tuhn nicht leyden ^{b)} wäre.^{c)} Wollen derowegen Ih. May^{tt} von Denmarcken solches nicht meinem gnedigsten könige undt herrn imputiren, welche viell zu verstendig undt aufrichtig darzu sein, sondern es muss ettwan ein böser malitiosus intrigator sein, der den titul eines königlichen ministri falsch fuhrert.

Ich habe diesem wercke ein wenig nachgedacht, undt bin endtlich darauf gekommen, ob es nicht einer sein möchte, namens Kriegheimb, welcher vor einem jahre solle von dehm churfursten von Köln ¹⁾ Ih. May^{tt} meinem genedigsten könige undt herrn, recommendirett worden sein. Dieser ist zwahr (wiewoll ich ihn nicht kenne noch gesehen, sondern nur gehörett habe) von Ih. May^{tt} verordnet worden alss eine privatperson zu Osnabrug sich aufzuhalten undt von allem was daselbst ettwan furlaufen möchte zu advisiren. Nichttmasse derohalben, das dieser man ettwan wirdt auss seinen schrancken geschritten sein undt sich dessen unterstanden, welches er nimmer in commissis gehabt, undt gahr schwehrlich bey Ih. May^{tt} verandwortten wirdt. Er ist sonsten römisch catholisch. Möchte also woll eine practica sein von andern, gewisslich aber nicht von meinem gnedigstem könige undt herrn, fur welchem ich hierum sterben will, das man vielleicht suche die evangelischen reiche undt potentaten desto besser an ein ander zu hetzen undt zu bringen.

Wie es nun eigentlich darmitt beschaffen, kan ich nichtt wissen de certa scientia, sondern nur muhtmassig. In dessen habe ich Ih. Ko. May^{tt} alles berichtet, auch die articule derselbigen tractaten Ihr zugeschickett, was dieses fals Ih. May^{tt} mir andtwortten werden, ^{d)} will ^{e)} dehm ehesten berichten.

Was sonsten der h. cantzler andeutett, das wihr andere benachtbahrte auch ietzt die augen in zeitten öffnen möchten, der gutten occa-

sion in acht zu nehmen, in anmerckung was Ih. May^{tt} von Denmarcken auch unss wiederfahren köntte, ist alles woll undt verständig bedacht. Welches aber wenig der unsrigen in acht nehmen, ausserhalb Ih. K. May^{tt} selbst, welche solches genach Ihrem königlichen hohen verstande erwegen undt ex fraterno affectu kegen Ih. May^{tt} von Denmarcken lieber heute alss morgen in den waffen sein möchtten, beyderseits Ihren feindt zu verfolgen, allein dieses königreiches zustandt lassett es nicht zu, das Ih. May^{tt} in hoc passu ettwas furnehmen können sine consensu omnium ordinum. ^{b)} Noch ^{c)} ietzt zu Crakaw auf der begräbnuss haben Ih. May^{tt} eins undt ander tentirett zu diesem zweck zu kommen. Allein es hadtt nichtt angehen wollen, sondern alles biss auf den vorstehenden reichstag müssen verschoben werden, welcher erstlich im wintter secundum leges...^{a)} seinen forttgang gemeinett. In dessen spahren Ih. May^{tt} keine ruhe undt kosten die kayserliche hulffe Ih. May^{tt} von Denmarcken zum besten zu sollicitiren.

Undt ^{b)} den ^{c)} Rakozcy mitt ih. kayss. may^{tt} zu vergleichen sich angelegen lassen durch die Musscowitische gesantten, welche fur 14 tagen zu Crakaw gelangett sein. Bemuehen sich auch Ih. May^{tt} den h. graffen Woldemar in einen besseren zustandt zu setzen undt alles das jenige Ih. May^{tt} von Denmarken zu bezeigen, was einem gutten, trewen nachbahr, bruder undt freunde zustehett.

Befehle ^{b)} hiermitt ^{c)} demselben in Gottes genedigen schutz. Datum Mar:enburg den 5.^{f)} Augustii 1644.

d.h. cantzler
dienstwillig
Gerhardtt graff von Dönhoff
Woiew. von Pommern

In dorso, alia manu: Dem wolgebornen, hochedlen herrn Diettloff Revenklaw, Kon. May. zue Dänemarken unnd Norwegen deutschen cantzlern meinem groszgünstigen, vielieben herren unndt freiinde.

a) *verbum seu verba, quae non leguntur ob deletionem chartae.*

b)-c) *lectio incerta.*

d)-e) *add. sup. lin.*

f) *Julii expunct.*

1) *scil. Ferdinandus, dux Bavariae, archiepiscopus Coloniae.*

N. 54.

Mariaeburgi, 5 Augusti 1644.

Gerhardus Denhoff, palatinus Pomeraniae, ad Detlevum Reventlow, regis Daniae cancellarium, suggerit, ne Elbingenses maioribus portoriis in freto Oresundico onerentur quam Batavi.

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Wohlgebohrner herr cantzler, vielgünstiger lieber hr. unndt freundt.

Ich habe gestriges tagess E. gl. schreiben selbstn mit eigner handt beantwortet undt von allem aussfuhrlichen bericht gethan, wass mir in seinem schreiben ungefähr angedeutet worden. Verhoffe, dass dasselbe

unfehlbahr E. gl. werde zukommen. Indessen ist mihr abermahlen diese gegenwertige gelegenheit durch zeigern der herren vom Elbing abgefertigten vorgefallen, E. gl. wiedrumb mit diessem wenigen zu ersuchen undt freundlich zu bitten für die gutte stadt Elbing, dass der hr. cantzler sein bestes thun wolle bey ihr königl. may^{tt} von Dennemarcken, damit die Elbingschen kauffleüte undt wahren im Sunde mit keinem höheren undt grösseren zolle mögen beleget werden als die Holländer. Wie dan auch oberwehrnte stadt diesesfalls von i. k. may^{tt}, meinem gn. königs undt herrn, an ihr k. m^{tt} von Dennemarcken bestermassen recommendiret worden, damit die gutten Elbinger desto besser ihre nahrung undt aufreihen haben mögen. Sintemahl selbige stadt ohne dass daran grosse behindernüss hatt von dehnen zwenen grösseren stätten, als Dantzig und Königssberg, zwischen welchen beyden sie in der mitten lieget, undt also ohne dass in ihrer nahrung undt handell grosse bedrängnüß unndt hindernüss empfindet. Werde mich hierin höchlich dem h. cantzler verobligirt erkennen für alle den favor so hierinnen die von Elbingk auff meine recommendation von E. gl. empfinden werden undt verschulde solches hinwiedrumb mit meinen dinsten auf alle begebenheit.

Befehle E. gl. hiemit in den schutz dess Almächtigen. Marienburg, 5. Augusti ao 1644.

a) des herrn cantzlers

dienstwillig

Gerhardt graff von Dönhoff
woywod^{c)} von Pommern^{b)}

In dorso: Dem wohlgebohrnen herrenn Dietloff Reuenklow, Ihrer Königl. May^{tt} von Dennemark undt Norwegen teütschen cantzlern undt vornehmen geheimbten raht. Meinem vielgünstigen lieben herrn unndt freunde.

Alia manu: Graff Dönhoff wegen Elbingen.

a)-b) *manu propria.*

c) *correct. ez.:* woywoder

N. 55.

Hafniae, 4. sive 5. Septembris 1644.

Christianus IV rex Daniae

ad Dionysium a Podewils

instructio pro legatione sua ad [Vladislaum IV] regem Poloniae

(Concepti., cum correctionibus alia manu factis)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Instruction.

Wornach unser von Gottes gnaden Christian des vierdten^{a)} zu Dennemarck, Norwegen, der Wenden und Gothen königes etc. rath und lieber getrewer Dionis von Pudewelss, zu Pudewels und Gram bey der königl.^{b)} ld. in Pohlen und Schweden sich zu richten.

Anfangs sol ged^r unser rath und abgesandter sich also forth nacher

Danzig verfügen und alda woh die königl. ld. in Pohlen vor izeo anzu-
treffen erkündigen und sich darauf schleüningst zu derselben ^{c)} begeben ^{d)e)}
Krulewskiej Mosci zastawiali y zdrowia nasze odwaznie tam niesli, kędy naywiększe niebezpieczeniwa nam do sławy a oraz do usługi Waszey Krulewskiej Mosci pokazowały drogę. Iakoz nie wątpimy ze dobrotliwe oko Waszey Krulewskiej Mosci y z daleka na odwazne dziła y krwawe przysługi nasze miłosciwie poglądało y dobra sława zupełnie do uszu Waszey Krulewskiej Mosci donosiła, iako przez cały czas bytnosci naszej w panstwach Waszey Krulewskiej Mosci zasłoną inszym będąc s koni woysko Polskie nie ssiadało, pilnując obok nieprzyziaciela, aby wycieczkami z Fioney y Frydryżadu nie mugł nowych szkod czynić w prowincjach Waszey Krulewskiej Mosci; nie chcemy wspominać wzięcia Goldynku przycięcia na Insule Alsen, wzięcia tamze dwóch miast, iako ochotnie wóysko nasze credensowało. Lecz y teraznieysza tak wielka victoria w Fioney wolimy ze z relaciy samych Hetmanuw Waszey Krulewskiej Mosci y z swiactwa nieprzyziaciela samego constabit Waszey Krulewskiej Mosci, gdyz nas nie zdobiałaby ta chwala e ave proprio kturym czynić nie muwię przystoi y lubo z stratą Wodzaz naszego, gdysz sławny pamięci y Pana Kazimirza Piasoczynskiego na poboiovisku poległ y z wielą szlachty braciey naszej; iednak ten zal nasz koic się musi, widząc iak znaczną odnosisz Wasza Krulewska Mosc victorią, kturey z należytą unizonoscią winszuiemy Waszey Krulewskiej Mosci przez posta naszego Pana Andrzeia Bilewskiego, ktoremu zebys Wasza Krulewska Mosc zupełną raczył dac wiarę, cokolwiek imieniem naszym wniesie, pokornie prosimy ofiarując ostatek krwi y zdrowia naszego na usługę Waszey Krulewskiej Mosci do czegokolwiek zazywac nas raczyc chcesz a Boze daj zebys i do Zelandiey prędko nas przewieziono, abysmy w oczach samego Waszey Krulewskiej Mosci pokazali iako iestesmy.

Nhibork die 30 Novembris 1659.

Waszey Krulewskiej Mosci cale zyczliwi y powolni sludzy

Stephan Morzkowski, rotmistrz I.K.M.

Ian Kozinsky, porucznik IWPana Podkomorzego Nowogrodzkiego

Stanisław Korczowski, porucznik IWP. Podstolego Braclawskiego.

Kazimierz Bazalsky Porucznik, namiestnik na ten czas będący Woyaska J.K.M. Polskiego
Ian Mysliszewski, rotmistrz I.K.M.

In dorso: Naiasnieyszemu Maiestatowi Krulowi Iego Mosci Dunskiemu y Norweyskiemu, Panu nam wielce Milosciwemu.

N. 65.

Varsaviae, 12 Augusti 1654.

*Ioannes Casimirus rex Poloniae
ad Fridericum III regem Daniae
litterae credentiales pro Nicolao de Bye.*

(Orig., sig. Adest exemplar, cum exiguis differentiis.)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Ioannes Casimirus, Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi ac Domino Friderico Tertio, Daniae etc. Regi etc., salutem et omnis felicitatis incrementum.

Serenissime Princeps, Domine, Amice et Vicine noster Charissime.
Vetusta et continua amicitia, quae inter antecessores nostros utrinque floruit, et praesertim quae gloriosae memoriae Serenissimis parenti fratrique nostro, Poloniae et Sueciae Regibus, cum Serenissimo Christiano Quarto, Daniae et Norvegiae Rege, Serenitatis Vestrae progenitore, intercessit, suadet, ut cum Serenitate Vestra de iis communicemus, quae ad utriusque Regni commoda pertinent. Quod cum Serenitati Vestrae gratum iucundumque fore non dubitamus, mittimus ad Serenitatem Vestram Generosum Nicolaum de By, nostrum apud Foederatos Belgii Ordines residentem, ut cum Serenitate Vestra de iis rebus nomine nostro conferat, quae ad utriusque Regni emolumentum pertinere existimamus. Quare Serenitatem Vestram rogamus, ut eundem residentem nostrum audire fidemque in omnibus, quae nomine nostro Serenitati Vestrae exponet, adhibere velit. Quod reliquum est, Serenitati Vestrae longaevam incolumitatem et felicissima quaeque ex animo precamur. Varsaviae die XII mensis Augusti anno Domini MDCLIV, Regnorum nostrorum Poloniae VI, Sueciae VII anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae bonus amicus,
vicinus et frater Ioannes Casimirus.

In dorso: Serenissimo Principi ac Domino Friderico Tertio, Daniae etc. Regi etc.

Alia manu: Rex Poloniae. Productae Flensburgi die 26 Octobris anno 1654.

N. 66.

Grodnae, 14 Novembris 1654

*Ioannes Casimirus rex Poloniae
ad Carolum Gustavum regem Sueciae
litterae credentiales pro internuntio suo Andrea Morsztyn, quem in Sueciam mittit componendarum ex dignitate utriusque regis dissidii
causarum gratia.*

(Exemplar)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Ioannes Casimirus, Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, etc. etc. etc., Serenissimo Principi Domino Carolo Gustavo, Suecorum, Gottorum Vandalorumque Regi, Magno Duci Finlandiae, etc. etc. etc., Domino, Fratri et Vicino nostro Charissimo, salutem et mutui amoris continuum incrementum.

Serenissime Princeps, Domine, Frater et Vicine noster Charissime.
Nescius stare fraternus noster erga Serenitatem Vestram affectus, nupera Serenitatis Vestrae optima erga nos voluntatis testificatione incitatus facit, quod ad declarandum animi nostri studium, quo erga Serenitatem Vestram ferimur, mittimus Internuntium nostrum Generosum Andream Morsztyn, Camerae nostrae familiarem et intimum Secre-

tarium. Ei itaque commisimus, ut propensissimum nostrum animum in Serenitatem Vestram contestetur et praeterea exponat desiderium nostrum, quo tenemur, ut compositis ex dignitate utriusque nostrum dissidii causis, expeditius sanguinis et bonae vicinitatis iura colere valeamus in commodum et emolumentum subiectorum nobis populorum, pactis induciis mutuo coalescentium. Qua de re et aliis negotiis, ad securitatem utriusque nostrum spectantibus, cum ille pluribus cum Serenitate Vestra iussu nostro aget, rogamus, ut Serenitas Vestra in omnibus, quaecunque nomine nostro exponet, fidem ei dare velit neque dubitet, quod totum quod ille cum Serenitate Vestra constituet, ratum gratumque habebimus. Quod reliquum est, longaeuam incolumitatem et omnia fausta Serenitati Vestrae precamur. Datum Grodnae die XIV mensis Novembris anno Domini MDCLIV.

Eiusdem Serenitatis Vestrae a)

a) subscriptio deest.

N. 67.

Varsaviae, 29 Maii 1655.

*Ioannes Casimirus rex Poloniae
ad Fridericum III regem Daniae
litterae credentiales pro Henrico Canasilles, quem in Daniam mittit, ut
cum rege Friderico de communi periculo avertendo conferat.*

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Ioannes Casimirus, Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi Domino Friderico III, Dei gratia Daniae etc. Regi etc., salutem et omnis felicitatis continuum incrementum.

Serenissime Princeps, Amice et Vicine noster Charissime.

Non dubitamus detulisse famam ad Serenitatem Vestram, quid tempestatis Regno nostro imminet a vicina nobis gente, quae nulla a nobis lacessita iniuria ferrum et bellum contra nos parat, brevi nobis illud illatura. Quod siquidem sine gravi incommodo et periculo Serenitatis Vestrae fieri non potest, significandum ea de re Serenitati Vestrae existimavimus mandavimusque fideliter nobis dilecto Henrico Canasilles, ut de communi periculo avertendo nomine nostro cum Serenitate Vestra conferat. Cui ut Serenitas Vestra fidem in omnibus adhibeat, rogamus speramusque Serenitatem Vestram nobis non defuturam, cum optime perspiciat plurimum eiusdem interesse, ut quantocius perniciosis hisce destinatis communibus viribus obviamus. Quod reliquum est, Serenitati Vestrae longaeuam incolumitatem et foelicissima quaeque ex animo precamur. Datum Varsaviae die XXIX mensis Maii anno Domini MDCLV. Regnorum nostrorum Poloniae VII, Sueciae vero VIII anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae bonus amicus et vicinus
Ioannes Casimirus.

Hafniae, 12 Novembris 1656.

*Fridericus III rex Daniae
ad Ioannem Casimirum regem Poloniae
ob victoriam a rege Poloniae de Suecis reportatam gratulatur; Henricum
Matthesium, mandatarium suum, commendat.*

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Fridericus Tertius, Dei gratia Daniae etc. Rex etc. Serenissimo Principi Domino Iohanni Casimiro, Regi Poloniae etc., salutem et omnis prosperitatis continuum incrementum.

Serenissime Princeps, Frater, Amice et Vicine Charissime.

Ex literis Serenitatis Vestrae, XIV Octobris in castris ad villam Scoriny exaratis, intelleximus Serenitatem Vestram superatis multis difficultatibus laetiori successu iam ad urbem Gedanensem appropinquasse ac de hostibus in confiniis Ducalis Borussiae, nonnullis in captivitatem redactis, victoriam obtinuisse. Nos, uti Serenitati Vestrae prosperos rerum successus ad obtinendam tranquillitatem Regnorum suorum a Deo, Regum ac Regnorum praeside ac custode, ex animo optamus, ita nihil gratius nobis accidere potest, quam ut illa, quae ad hunc finem tendunt, foeliciter succedant, ut compositis tandem saevissimis bellorum procellis, quibus Regna Serenitatis Vestrae iam dudum iactata fuere, in illis pax aurea refulgeat. Prout animi nostri sensum circa hoc pacis negotium in literis nostris, nono Octobris ad Serenitatem Vestram datis, pluribus expressimus ac mandatario nostro apud Gedanenses, Henrico Matthesio, insuper mandavimus, ut nostro nomine ea, quae Serenitas Vestra pro re nata ipsi committere voluerit, humiliter audiat et ad nos referat. Cui accessum liberum ac benevolas aures praebere velit. Quibus Serenitatem Vestram divinae protectioni amice commendamus. Dabantur in arce nostra regia Hafniae die XII Novembris anni MDCLVI.

Serenitatis Vestrae frater, amicus
et vicinus charissimus Fridericus.

Hafniae, 7 Augusti 1657.

*[Fridericus III rex Daniae]
ad Ioannem Juel residentem regis Daniae in Polonia,
instructio.*

(Concept.)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Instruction medgiffuen oss elskelig Jens Juul, huoreffter hand sig i dend han^m naadigst anbefalit residentz tieniste oc bestilling i det polske hoff underdanigst skal haffue at rette oc forholde.

Hand skal sig med allerførste oc saa snart denne woris naadigst

instruction oc der til hörige creditif han^m er lewerit begiffue sig herfra paa reysen til det polske hoff, hvor det er at finde. Oc naar hand der er ankommen,^{a)} sin person^{b)} med for^{nc} han^m dertil meddelte creditif^{c)} hoes h. k^{tt} kongen i Polen legitimere. Oc naar hand til audientz stedis hans k^{tt} iblant sæduaanlige curialia forsickre, at wij oss stedtz wille i hoyeste maade la..^{d)} werre angelegen icke alle..^{d)} med ald oprigtighed weedlige at holde det store wenskab, som woris forfædre oc hans k^{ttz} antecessorer haffuer imellem werrit, oc som weed nylige imellem oss oprettede pacta oc forbund er bleffuen fornyet oc bestyrckit, men endocsa alworligen^{a)} oc idelig^{b)} efftertracte det samme at forbedre oc formere, i dend wisse tilforsict at h. k^{tt} ^{a)} paa sin side til beggis^{b)} ^{c)} woris^{l)} rigers, landis oc undersaatters fellitz welstand oc conservation, ey mindre genehenhed, iffuer oc oprigtig wilie stedtz lader see.^{e)} Hoes he^{ms} k^{tt} dronningen skal hand effter sær medgiffne creditif curialia forrette oc ellers paa beste maade sin person hoes haende til woris oc rigetz^{a)} forefaldende forretningers^{b)} ⁱ⁾ befordring oc forfremmelse bekient oc^{l)} angenen giörre.^{h)}

Hoes de fornemmeste ministros oc tilstedewærende senatores skal hand söge bequemmete leylighed sig at insinuere oc ald tienlig adgang söge, huorweed woris tieniste naar tiden oc leyligheden det udkræffuer kand gauffnligen forrettis. Dog offuer alt woris reputation, saa wijt hans qualitet oc tieniste wedkommer, i tilbörlig act haffue oc undfly alle occasioner, huorwed til unodig competenz med legitimerede gesanter kunde giffuis aarsag oc woris tieniste merre hindris end fortsettis. Imod fremmede herrers oc staters der werende ministros skal hand sæduaanlig oc tilbörlig civilitet bruge, oc hoes den^m, om de sig dertil wille bequemme, dend fortrolighed oc correspondentz söge at erholde, huorweed hand kand eracte oss oc riigit at kunde skee tieniste.

Særdelis haffuer hand sin störste fliid oc omhu derhen at wende, h. k^{tt} at raade oc w..^{d)} alle tienlige motiver formane til fred med alle sine andre fiender i denne tiid at giörre, om hand, end skönt nogit aff det som hand ellers kunde haffue god foye til at staa paa, skulde effterlade for at imodstaa med desto större vigeur kongen i Swerrigis^{a)} mact.^{b)} Betrachtende huor formidabel en fiende be^m konge wilde bliffue, om hand weed nogen lyckelig fremgang paa de stæder, huor hand^{a)} med sin^{b)} armee nu er, fick tiid oc leylighed til i sin umettelig begærlighed, hoye ambition oc forrige dessein igien at fortfare, som hand i Polen oc Prytzen formedelst dend krig, wij han^m haffuer denuncerit, haffuer maat slippe. Derhøes oc h. k^{tt} til alworlig betenckning^{m)} före, huor hoyt denne conjuncture aff tiid er at skatte oc i act tage udi huilcken h. k^{tt} saa god leylighed giffuis be^m konge i Swerrig, som nu med sin armee i Holsten er indgangen, at forfølge, tillige med oss bekriige oc nest Gutzd dend allerhøyestes hielp oc bistand i dend stand bringe,^{a)} huorweed^{b)} ^{m)} mand en sicker fred for oss, h. k^{tt} oc andre interesserede naboer oc allierte kunde erholde oc stifte. Huilcket wij derfor oc wisseligen formoder, at hans k^{tt} uforsonnet i werck stiller, saa som den han^m self er allerhøyet mactpaaliggende oc det seeniste emellem oss oprettede forbund gemess.

Hand skal ellers i tilbörlig act haffue, at woris undersaatte, som i Polen oc Prytzen hender at trafiquere ingen uret tilfoyes. Dersom oc nogen imod forhaabning nogit u..^{d)} ligt skulde wederfaris, skal hand deris anliggende med ald beskedenhed paa tilbörlige stæder foredrage oc den^m der til rette forhielp. Med ald fliid skal hand oc inquireere oc effterforske, om nogit kunde findis oc i werck stillis, huorweed trafiquen her i woris riger oc lande kunde tiltage oc forbedris oc ellers med huer

post advisere huad oss mactpaaliggende der forefaldet, saa vel som huis andenstedtz skriffwerdigt passerer. Særdelis skal hand i denne tiid flittig inquirere om tilstanden imellem Polen oc kongen i Ungerer, Moeskaw, Brandenburg oc Ragotzi oc oss underdanigst relation der om tilskicke med huis merre som til woris consilia at formere kunde tienlig werre, saa wijt hand penetrere oc erforske kand. Oc ellers intet efterlade aff alt det som hand til god wenskabs oc correspondentzis weedligeholdelse imellem os oc for^{ne} hans k^t tienligt kand eracte, oc sig ellers udi al ting som det en flittig oc troe resident sömmer, eigner oc wel anstaar forholde, som hand det acter at forsuaere oc widere forfremmelse der weed i sin tiid erlange. Hannem wij ellers med kongelig naade bewaagen forbliffuer. Haffn., den 7.ⁿ Aug. 1657.

In dorso, alia manu (saec. 19?): 1657, 7. Aug.

Instrux for Jens Juel som gesandt i Polen.

- | | |
|---|--|
| a)-b) <i>add. sup. lin.</i> | f) paa begge sider <i>add. sup. lin., sed posterius expunct.</i> |
| c) <i>sin person expunct.</i> | g)-h) <i>add. in marg.</i> |
| d) <i>hic litera seu literae desunt ob lacerationem chartae</i> | i) <i>tienisters expunct.</i> |
| e) <i>til fellitz welstand oc cons til woris fellitz expunct.</i> | l) <i>correct. ex at</i> |
| | m) <i>at expunct.</i> |
| | n) <i>correct. ex 6</i> |

N. 70.

Hafniae, post 19 Septembris 1657.

*Ignotus notarius
ad rei memoriam*

"copia confoederationis Dano-Polonicae contra Regem Sueciae factae Hafniae die 18/28 Iulii 1657".

(Exemplar cum originali collatum. Adsunt etiam concepta et aliud exempl.)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

In tegumento:

Copia Confoederationis Dano-Polonicae contra Regem Sveciae factae Hafniae die 18/28 Iulii 1657, cui annexa est ratificatio Sacrae Regiae Maestatis Daniae etc. eiusdemque Regni Dominorum Senatorum, data Hafniae die 19 Septembris anno 1657, collata cum originali.

^a. Nos, Fridericus Tertius, Dei gratia Daniae, Norwegiae, Vandalorum Gothorumque Rex, Dux Slesvici, Holsatiae, Stormariae Dithmarsiaeque, Comes in Oldenburg et Delmenhorst, omnibus et singulis, quorum interest constare volumus, quod ultra pristinam bonae viciniae amicitiam et optimaе voluntatis mutuam correspondentiam, quae inter Serenissimos praedecessores nostros, Reges Regnaque Daniae et Norwegiae ex una, et Serenissimos Reges Regnumque Poloniae et Magnum Ducatum Lithuaniae

ex altera parte, a pluribus seculis laudabiliter intercessit, per nostros specialiter ad id a nobis deputatos Commissarios, Generosos et Nobiles Regni nostri Senatores, et fideles nobis dilectos, Regni Aulaeque nostrae Magistrum et Supremum Thesaurarium, Bornholmiae et Monae Praefectos, Dominum Ioachim Gersdorf, Haereditarium in Tundbyholm, Equitem etc., et Petrum Reedtz, Haereditarium in Tygestrup etc., cum Serenissimi ac Potentissimi Principis atque Domini Iohannis Casimiri, Regis Poloniae, Magni Ducis Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Mazoviae, Samogitiae, Livoniae, Smolensciae Czernichoviaequae, necnon Svecorum, Gothorum Vandalorumque Regis haereditarii, Fratris et Amici nostri charissimi, Internuncio Extraordinario, Generoso Domino Tobia Morstnio, Sub-Dapifero Cracoviensi et Serenitatis Suae intimo Camerae familiaris sufficienti ad hoc potestate similiter instructo, ad corroborandam non solum supradictam amicitiam et correspondentiam, sed et arctiori foederum nexu adaugendam, pro utriusque Status salute et incolumitate, certos quosdam articulos concludi iusserimus, quorum tenor verbotenus se habet, ut sequitur:

I. Erit inter Regem Regnumque Daniae et Norwegiae etc. ab una, et Regem Regnumque Poloniae ab altera parte, vera et sincera pax et amicitia, ita ut neutra pars alteri incommodum ullum aut detrimentum, nec per se nec per alios, inferat aut inferri faciat, sed semet invicem bona fide et candido affectu complectantur, et alter alterius commoda promoveat, damna vero et detrimenta, quantum in ipsa erit, impediatur et avertatur.

II. Utriusque partis subditi et vasalli eandem pacem et amicitiam inter se colent et ubique locorum, ubi sibi invicem obviam facti erunt, tam per terram quam per mare, non modo ab omni laesione et iniuria invicem abstinebunt, sed et omnem benevolentiam et amica officia, quae commode praestari poterunt, alteri alteris mutuo exhibebunt.

III. Utriusque Regis subditis liberum erit alterius provincias, emporia, portus, flumina cum mercibus suis, tam terra quam mari, sine ullo impedimento adire ibique versari et negociari, dummodo consueta vectigalia solvant, ita tamen, ne leges et statuta provinciarum, quibus aliae nationes omnes subiacent, ullo modo violentur et infringantur, praesertim quod attinet ad insulas et portus quosdam ad Regnum Norwegiae spectantes, in quibus ne ipsis subditis Regis negociari licet absque speciali Regis indulto atque privilegio. Quandoquidem universo terrarum orbi perspectum sit Svecorum molimina et conatus omnes eo dirigi, ut fines imperii in vicinorum detrimentum ac oppressionem dilatent dominiumque Maris Balthici sibi solis vendicent, eapropter Serenissimus Rex Daniae et Norwegiae, et Serenissimus Rex Poloniae, magnopere desiderantes incommodis malisque, quae inde exoriri possunt, occurrere, convenit, ut inter summe-memoratos Reges eum in finem sincerum et inviolabile sanciretur foedus hoc modo:

IV. Erit inter Regem Regnumque Daniae et Regem Regnumque Poloniae amica et stabilis confoederatio ad Sveciae Regem per provincias Regnis suis finitimas terra marique bello prosequendum.

V. Ad confoederationem hanc Reges, Principes, Respublicae ac civitates, quorum omnium quicquam interest quique honestis conditionibus petent, non solum admittentur, sed et invitabuntur, nominatim Sacra

Regia Maiestas Hungariae, Magnus Dux Muscoviae et Ordines Generales Foederati Belgii.

VI. Neutri parti sit liberum, trium annorum post foederis huius confirmationem spatio, intra cuius expirationem de praedicti foederis prorogatione agetur, pacem, inducias sive armistitium aliquod tractare et multo minus concludere cum Svecis, inscio vel non incluso altero, si includi ac comprehendi velit et desideret.

VII. Fida et sincera amicitia mutuaque societas inter summe-memoratos Reges futura est. Insuperque pro viribus et quantum fieri poterit, altera alterius partis commodo, incolumitati et securitati inserviet consulatque. Quemadmodum etiam in contrarium Regem Sveciae, utriusque hostem, damno ac detrimento quocunque afficient et omnibus copiis virisque aggredientur

VIII. Imposterum quicumque invadetur a Svecis, ab alio succurratur ita, ut, si pax vel induciae semel concludantur et Rex Regnumque Sveciae ex quocunque praetextu, directe vel indirecte, aggredietur Reges et Regna Daniae et Poloniae in provinciis, terris et locis eorundem, ut Rex et Regnum iniuria affectum in bellum descendat, obligabitur etiam Rex et Regnum confoederatum in apertum bellum descendere contra Svecos, neque pacem postea tractare vel concludere, nisi ex communi consensu.

IX. Electorem Brandeburgicum a Svecorum partibus separare alte memorati Reges annitentur et allaborabunt.

X. Quod si contingat, ut Rex Sveciae, Polonia ac Prussia relictis, in Ducatum Holsatiae vel adiacentes et Regno Daniae subiectas provincias cum exercitu invadat, tunc summe-memoratus Rex Poloniae, si ab hoste Sveco, quod brevi sperat, et aliis hostibus liber tunc fuerit, praedictum exercitum omnibus copiis persequi, hostem communem adoriri et coniunctis viribus oppugnare tenebitur. Sin autem bello Svecico vel alio impeditus esset, mittet nihilominus contra exercitum Svecicum competentes copias, quas ultra suam propriam defensionem habere poterit.

XI. Tractatus hic intra trium mensium ab hoc die numerandorum spatium a Sacra Regia Maiestate et Senatoribus Regni Daniae ab una parte, et Sacra Regia Maiestate et Senatoribus Residentibus Regni Poloniae ab altera parte, approbabitur et confirmabitur, eodemque tempore tradetur et permutabitur utrinque praedictus tractatus. Et Sacra Regia Maiestas Senatusque Poloniae obligabuntur specificata clausula eundem in proximis Comitibus Generalibus Regni a dicta Sacra Regia Maiestate Poloniae et omnibus Ordinibus Regni insuper confirmatum et approbatum fore. Dictus tamen tractatus interea temporis ab utraque parte fideliter atque ex omni parte observabitur.

In quorum omnium evidentiam et robur conscripta sunt bina huius tractatus et foederis eiusdem tenoris exemplaria, quae invicem tradita nos, supranominati, propriis manibus subscripsimus et sigillorum nostrorum impressione et appensione munivimus. Hafniae, die 18/28 Iulii, anno millesimo sexcentesimo quinquagesimo septimo.

Ioachimus Gersdorf manu propria, locus sigilli.

Petrus Reedtzt manu propria, locus sigilli.

Tobias Morstyn manu propria, locus sigilli.^{b)}

Sequitur tenor Plenipotentiae, a Sacra Regia Maiestate Daniae Nor-

wegiaeque etc. suprascriptis eiusdem deputatis Commissariis datae, Hafniae, die X Iulii anno MDCLVII.

Fridericus Tertius, Dei gratia Daniae, Norvegiae, Vandalorum Gothorumque Rex, Dux Slesvici, Holsatiae, Stormariae Dithmarsiaeque, Comes in Oldeburg et Delmenhorst etc., universis et singulis, quorum interest, notum testatumque facimus: Cum Serenissimus Princeps Dominus Ioannes Casimirus, Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniae, Smolensciae Czernichoviaeque necnon Svecorum, Gothorum Vandalorumque Rex haereditarius, Frater, Amicus et Vicinus noster charissimus, Internuncium suum Extraordinarium, Generosum grateque nobis dilectum Dominum Tobiam Morstein, Sub-Dapiferum Cracoviensem et Serenitatis Suae intimum Camerae familiarum, ad nos literis credentialibus ac mandato sufficienti, tam Suae Serenitatis, quam Procerum ac Senatorum Regni Poloniae nomine instructum, ablegaverit, ut antiqua foedera et constantem amicitiam, quae nobis cum Serenitate Sua, necnon nostris ac Serenitatis Suae praedecessoribus regiis gloriosissimae memoriae intercessit, renovaret ac arctiori nexu augetet, ac quae hoc periculosissimo tempore ad utriusque Regni securitatem ac dignitatem pertinerent, firmaret, nos ad tam salutare propositum promovendum et concludendum Magnificis ac Generosis Regni nostri Senatoribus, Supremis Regni Aulaeque nostrae Magistro et Theaurario, Praefectis in Boringholm et Moen, sincere nobis dilectis, Domino Ioachimo Gersdorf in Tundbyholm, Equiti nostri Ordinis, et Petro Reedtz in Tygestrup, plenam et sufficientem huic rei potestatem tribuimus, ut cum supradicto Serenitatis Suae Internuncio Extraordinario, ad nos misso, quae ad praefatum scopum obtinendum et ad utriusque Regni securitatem ac commerciorum libertatem pertinent, nostro nomine agant, statuunt ac concludant.

Quicquid igitur praedicti Deputati nostri cum saepe memorato Internuncio Extraordinario in hunc finem tractaverint, egerint aut concluderint, id nos omni meliori modo, bona fide, ratum gratumque habituros vigore harum literarum regia ac inviolabili fide promittimus. In quorum robur praesentes manu nostra subscriptas sigillo nostro regio muniri sexcentesimo quinquagesimo septimo. Friderich manu propria.

Regii sigilli locus.

Sequitur tenor Plenipotentiae, a Sacra Regia Maiestate Poloniae supra scripto eiusdem Internuncio Extraordinario datae in Claro Monte Czenstochoviensi, die XVI mensis Martii, anno Domini MDCLVII, Regnorum eiusdem Maiestatis Poloniae et Sveciae IX^o.

Ioannes Casimirus, Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Mazoviae, Samogitiae, Livoniae, Smolensciae Czernichoviaeque necnon Svecorum, Gothorum Vandalorumque haereditarius Rex.

Significamus praesentibus literis nostris, quorum interest, universis et singulis: Quod cum Status Regni nostri rationes hoc requirant, ut augescentibus hostium Regni nostri conatibus, ex quibus vicinis etiam et finitimis nostris varia oriri possunt pericula, arctiori cum iisdem iungamur foedere, visum constitutumque nobis est ad Serenissimum Daniae et Norvegiae Regem, Fratrem, Amicum et Vicinum nostrum charissimum, certis cum mandatis nostris Internuncium nostrum Extraordinarium, Generosum Tobiam Morstinium, Sub-Dapiferum Cracovien-

sem Camerae nostrae intimum familiarem, destinare mittereque, prout destinamus et mittimus, dantes eidem Internuncio nostro potestatem et facultatem cum praefato Serenissimo Daniae et Norwegiae Rege eiusdemque Commissariis, in id deputandis, tractatus quosque nomine nostro instituendi, super iisdem conferendi eosdemque determinandi et concludendi, obligationes, assecurationes et rescripta reversalesque super hoc necessarias dandi, invicem recipiendi, et quaecunque in eam rem ex usu eidem visa fuerint, sacrosancte firmandi et peragendi. Promittimus autem verbo nostro regio ea, quae modo, quo supra, sancita conclusaque fuerint, nos ex parte nostra rata firmaque habituros et ex nunc rata firmaque habere.

In quorum fidem praesentes manu nostra subscriptas sigillo Regni communiri iussimus. Datae in Claro Monte Czenstochoviensi, die XVI mensis Martii, anno Domini MDCLVII, Regnorum nostrorum Poloniae et Sveciae IX°.

Ioannes Casimirus Rex manu propria.

Sigilli Regni locus.

Sequitur tenor Plenipotentiae Statuum, Senatorum, Officialium Procerumque Regni Poloniae etc., supramemorato Internuncio Extraordinario datae, Czenstochoviae, die XVI mensis Martii anno MDCLVII.

Nos, Status, Senatores, Officiales Proceresque Regni Poloniae et Magni Ducatus Lithuaniae, notum facimus universis et singulis: Quandoquidem Sacra Regia Maiestas, Dominus noster clementissimus, ad Serenissimum Dominum, Daniae et Norwegiae Regem, certis cum mandatis, Maiestatem Suam Regiam totumque Regnum concernentibus, Internuncium suum Extraordinarium, Generosum Dominum Tobiam Morstinium, Sub-Dapiferum Cracoviensem, intimum Regiae Camerae familiarem, misit et ordinavit, mittit et ordinat, nobis etiam visum constitutumque fuit eidem Generoso Domino Internuncio, huic muneri destinato, dare, prout damus, facultatem et potestatem cum praefata Daniae et Norwegiae Regia Maiestate eiusdemque Commissariis, ad id deputandis, etiam Reipublicae nostrae nomine tractatus quosque instituendi, determinandi et concludendi, obligationes, assecurationes et reversales super hoc necessarias dandi et invicem recipiendi, et quaecunque in eam rem ex usu visa fuerint, sacrosancte firmandi et peragendi, optima fide promittentes ea, quae per praefatum Dominum Internuncium sancita conclusaque fuerint, nos ex parte Reipublicae et nostra rata firmaque habituros.

In quorum fidem praesentes manu nostra subscriptas dedimus Czenstochoviae, die decima sexta mensis Martii, anno Domini millesimo sexcentesimo quinquagesimo septimo.

Ioannes Tarnowski, Archiepiscopus Leopoliensis, manu propria. Casimirus Dux Czartoryski, Episcopus Wladislaviensis et Pomeraniae, manu propria. Andreas Trzebicki Episcopus Premisliensis, Vicecancellarius Regni, manu propria. Wladislaus Gonzaga Marchio in Mirow Myszkowski, Palatinus Cracoviensis, manu propria. Ioannes Coniecpolski, Palatinus Siradiensis, manu propria. Hieronymus Wierzbowski, Palatinus Brestensis Cuiaviensis, manu propria. Ioannes Tarlo, Palatinus Lublinensis, manu propria. Alexander Gratus Comes de Tarnow, Castellanus Kyowiensis,

manu propria. Stephanus Comes de Pilca Korycinski, Supremus Cancellarius Regni Poloniae, manu propria. Theodorus Lacki Marscalcus Curiae Magni Ducatus Lithuaniae, manu propria.

Cum itaque suprascriptos articulos, instructioni et mandato nostro speciali regio omnino conformes atque congruos esse deprehenderimus, eosdem vi et vigore harum omni meliori modo, quo id fieri possit aut debeat, in omnibus suis membris clausulisque confirmamus, approbamus et ratificamus, tam pro nobis quam pro nostris successoribus et Regno Daniae Norwegiaeque. Spondemus quoque et promittimus in verbo ac fide regia nos omnia, quae in praedictis continentur articulis, inviolabiliter observaturos, nec cuiquam nostrorum, ut ab eo violentur, permisso, omni dolo malo penitus excluso. In quorum testimonium et fidem praesentes hasce manu nostra regia subsignavimus sigilloque nostro regio roborari iussimus. Quod factum in arce nostra regia Hafniae, die decima nona Septembris, anno supra millesimum sexcentessimum quinquagesimo septimo.

Maioris fidei et firmamenti ergo Generosi et Nobiles Regni nostri Senatores et fideles nobis dilecti, praefati Regni Magister, Regni Marscalcus, Regni Admiralius, Regni Cancellarius, Iudex Provincialis in Selandia, Regius in Norwegia Vicarius et Supremus Thesaurarius, Praefecti Bornholmiae, Scanderburgi, Helsingburgi, Draxholmiae, Coenobiorum respective Boringii, Westerwigae, Ringstadii, Callundburgi, Dahlum, Hagenschou, Wardingburgi, Aggershusae, Silkeborgi, Aakier, Trygewelde, Calløe, Riparum, Malmöe Insulaeque Monae etc. Dominus Ioachimus Gersdorff, Haereditarius in Tundbyholm, Eques; Dominus Andreas Bille, Haereditarius in Damsboe, Eques; Dominus Offue Gedde, Haereditarius in Tommerup, Eques; Dominus Christophorus Urne, Haereditarius in Aasmarck, Eques; Dominus Tage Tot, Haereditarius in Erichsholm, Eques; Dominus Olaus Pasberg, Haereditarius in Jernåt, Eques; Georgius Sefelt, Haereditarius in Ness; Dominus Iohannes Lindenau, Haereditarius in Iffuernes, Eques; Dominus Iffuer Windt, Haereditarius in Nörtholm, Eques; Dominus Georgius Brahe, Haereditarius in Huedholm, Eques; Dominus Fridericus Reedtz, Haereditarius in Tygestrup, Eques; Dominus Nicolaus Trolle, Haereditarius in Trollholm, Eques; Magnus Høegh, Haereditarius in Kiergaardholm; Dominus Henricus Rantzau, Haereditarius in Mogelkier, Eques; Christianus Scheel, Haereditarius in Fussingen; Gundaeus Rosencrants, Haereditarius in Windingen; Otto Cragh, Haereditarius in Woldberg; Dominus Axelius Urup, Haereditarius in Belteberg, Eques; Petrus Reedtz, Haereditarius in Tygestrup, suprascriptos articulos omnes atque singulos pro se suisque successoribus simul approbarunt suisque authographis et sigillis corroborarunt. Actum ut supra.

In dorso: Ratificatio foederis Dano-Polonici. Hafniae die 19 Septembris, Anno 1657.

a)-b) *adest etiam exemplar eiusdem tractatus, cum ratificatione de die 6 Septembris 1657, ex parte Polonica redactum, ab Andrea Olszowski subscriptum, cum originali collatum et a notario J. Moth confirmatum.*
(Ed. Danmark - Norges Traktater, V Hafniae 1920, N. 10)

Hafniae, 7 Februarii 1658.

Fridericus III rex Daniae
ad Ioannem Juel, residentem in Polonia,
Fionia a Suecis expugnata, auxilia maxime desiderantur.
(Concept.)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

F 3.

W[or] G[unst] T[ilforn].

Efttersom fienden sig ved denne uformodentlig och stercke vinter paa isen haffuer sig bemectiget vor land Fyen, da haffuer du paa behørigte steder at^{a)} demonstrere den fare, som vi nu formedelst voris alliertes^{b)} lenge^{c)} udebliffuelse udi geraader, med forsickring, at vi endnu^{d)} udi voris forehafuende indtill det yderste wille persistere^{e)} med saa skiell at voris allierte wille uden wiidere ophold giøre oss^{b)} nogen^{c)} ^{e)} considerabel secours och oss icke som hiidintill hielpeløss lade. Ellers wille vi for Gud och all verden vere undskyldt for all ulycke, som deraff kand forsaarsages.^{f)} ^{b)}

Datum Hafniæ, den 7.¹⁾ Febr. 1658.*In margine superiore:*b) Jens ^{c)} Juell.a) fors... *expunct.* (*litterae partim non leguntur*)b)-c) *add. sup. lin.*d) wille *expunct.*e)-f) *add. in marg.*g) en *expunct.*h) udi forhaabning at bemte voris allierte oss icke wille forlade, men oss virckeligen och uden ophold til hielp komme *expunct.*i) *correct. ex 2.*l) Peder *expunct.*

Varsaviae, 14 Iulii 1659.

Ioannes Casimirus rex Poloniae
ad Fridericum III regem Daniae
legatum chani Tartarorum commendat et de successibus regis Daniae
gaudet.

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Ioannes Casimirus, Dei gratia Rex Poloniae etc. Domino Friderico Tertio Daniae etc. Regi etc. Fratris, Amici, Vicini et Confoederato nostro Charissimo, salutem et omnis foelicitatis continuum incrementum.

Serenissime Princeps, Frater, Amice, Vicine et Confoederate noster Charissime.

Magnus Han Tartarorum Mechmet Gerey, foederatus noster, mittit ad Serenitatem Vestram Legatum suum, quem nos hisce comitamur, peramanter rogantes eandem Serenitatem Vestram, ut dictum Legatum benevole acceptare atque favorabili cum responso dimittere dignetur.

Sed et non gratari non possumus gloriae Serenitatis Vestrae eam ad longinquas usque gentes pertingere. Cui uti nos impensius favemus, ita quidquid ab amica et sincera voluntate ad eam excolendam pertinet, nequaquam in nobis desiderari patiemur. De caetero longaevam incolumitatem una cum felicissima victoriarum messe a Deo Ter Maximo Serenitati Vestrae animitus exoptamus. Datae in Regia nostra Varsoviensi die XIV Iulii anno Domini MDCLIX, Regnorum nostrorum Poloniae et Sueciae XII.

bonus frater, amicus, vicinus et confoederatus
Eiusdem Serenitatis Vestrae
Ioannes Casimirus.

In dorso: Serenissimo Principi Domino Friderico Tertio Daniae etc. Regi etc.

Alia manu: Dess Königes von Polen recommendation dess tatarischen abesanten vom 14 Iulii anno 59.

N. 73.

s.l., s.d. [1659].

[*Fridericus III rex Daniae*]
ad Christoforum Parsberg
instructio ad tractationes pacis in Prussia (Olivæ) peragendas.

(*Concept.*)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Instruction

Huoreffter oss elschl. Christoffer Pasbergk til wor mand, tienere oc extraordinarie deputerete sig weed de i Prytzen anstillede fredstractater haffuer at rette oc forholde.

Woris extraordinarie deputerete skal effter at noyactig suenske salvus conductus imod woris udwexlet er, oc hand sig til offuenbe^m tractater tilbørligen effter dend hannem aff oss^{a)} tilskickede^{b) c)} fuldmact legitimerit haffuer, lade dette werre sin almindelig scopus. At hand sin behandling paa en generall fred saa wijt mest mueligt henretter, mens sit^{d)} særdelis fundament huorpaa hand woris retfærdige oc billige præntention skal grunde, dette:

At saasom nerwaerende tinders tilstand haffuer giffuit oss aarsag til at wij oss erklærit haffue^{e)} i det at samtycke, som aff de trende stater om freden imellem disse nordiske croner at stifte er bleffuen^{f)} i dend Hagh sluttet, oc^{a)} samme^{b) g)} beslut med klare ord siger, at be^m fred skal grundis paa dend Roeskildiske freds basi oc fundamento. Saa effterdi dend essentialle det Roeskildske^{a)} freds^{b) h)} fordrags meening bestaar iⁱ⁾ de tuende ting, som er restitution oc^{l)} satisfaction, da haffuer woris deputerete^{m)} derpaa at staa oc med alle tienlige motiver urgere.

Først at oss oc cronen aff de suenske restitueris baade de^{a)} wore^{b)} prowintzer^{a)} oc^{b)} lande, som de nu i possession haffuer, saa oc deⁿ⁾ som dennem ere fratagne, oc de effter de Roeskildiske fordrag burde at restituere, eller oc^{o)} i samme fratagne provintzers sted it^{p) q)} aequiva-

lent.^{r)} Dernest^{s)} tilbörlig satisfaction giffuis for dend uskattelig fordærff oc skade, som dette sidste svenske indfald¹⁾ oss oc wore lande, riiger, tilfoyet haffuer oc endnu dagligen tilföyer. ^{o)} Effterdi det oc dend heele erbare werden er alt for wel bekient, at de Suenske det Roeskildiske fordrag uden ringeste dennem giffne aarsag brut haffue, da haffuer woris deputerte herforuden effter det Stetinske fordrags billige anledning derfor at fordre en million guld. Helst effterdi be^m Roeskildiske fordrags 21^{de} artikkel melder, at det Stetinske iblandt andre i sin vigueur skal forbliffue, saa wijt det deri ey expresse er forandrit, de Suenske der tilmed affter be^m Stetinske fordrag en million guld. aff oss fordrede, der meerbe^m Roeskildiske fordrag bleff behandlit.^{p)}

Ud aff hoeföyede memorialers^{a)} copier,^{b)} no. 1, 2, 3 haffuer be^m woris deputerte at see huad effter denne instructions meening med de her wærende trende staters mediatorer er bleffuen handlit oc sine consilia der effter til woris oc cronens beste at rette. I det öffrige haffuer woris deputert^{v)} huis hand i dette^{x)} hannem anbefalede^{y)} hoywictige ærende negotierendis worder, flitteligen oc særdelis^{a)} at^{b)} avisere, huad hand deri effter denne instructions meening oc intention ey kand forrette ad referendum tage, oc ellers effter sin forrige instruction sig tilböriligen forholde. Hannem wij oc med konigl. gunst oc naade bewaagen forbliffue. etc.

In margine, alia manu: Paesbergs instruction.

- | | |
|---|--|
| a)-b) <i>add. sup. lin.</i> | o)-p) <i>add. in marg.</i> |
| c) <i>giffne expunct.</i> | q) <i>it expunct.</i> |
| d) <i>saerl... (lectio incerta) expunct.</i> | r) <i>der expunct.</i> |
| e) <i>til ded... (lectio incerta) expunct.</i> | s) <i>at expunct.</i> |
| f) <i>sluttet expunct.</i> | t) <i>emod... (verba, quae non leguntur) expunct.</i> |
| g) <i>efft expunct.</i> | v) <i>effter sin forrige instructions... oc woris riigers oc landis gaffn... tilbörlig æct at haffue oc om (verba, quae non leguntur) expunct.</i> |
| h) <i>verbum seu verba, quae non leguntur, expunct.</i> | x) <i>correct. ex denne</i> |
| i) <i>restitution oc expunct.</i> | y) <i>waerb expunct.</i> |
| l) <i>verbum, quod legi non potest, expunct.</i> | |
| m) <i>paa woris expunct.</i> | |
| n) <i>som de winde (?) (lectio incerta) expunct.</i> | |

N. 74.

Hafniae, s.d. 1659.

*Fridericus III rex Daniae
ad Ludovicam Mariam reginam Poloniae
litterae credentiales pro Christophoro Parsberg.*

(Exemplar)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Madame,

Le Sieur Juel estant de nostre gré party de vostre Cour pour ses affaires particulieres pour se rendre a Hambourg, et ses mesmes affaires l'obligeant a cette heure de s'en tenir en cette ville pour y vaquer selon la necessité qu'il en pourroit avoir, afin donc qu'il y puisse avoir un

autre qui prenne soins de ce qui nous touche aupres de vous, et qui vous represente ce qui peut estre de nos communs interets en ces temps, nous envoyons en sa place vers vous nostre cher et fidel le Sieur Christofer Pasberg, vous priant de le vouloir honorer de vostre bienveillance, luy faire part de toutes les choses qui se passent et qui nous puissent concerner, et en tout ce qu'il aura a traiter et a vous faire entendre en nostre nom, luy donner audience favorable et luy assister. En eschange nous ne manquerons point après avoir prié Dieu qu'il vous maintienne long temps en parfaite santé de demeurer tousjours, Madame, Vostre tres affectionné bon frere.

Fait a Coppenh. l'an 1659.

In dorso: Copie des lettres de creance que receut Monsieur Pasberg de Sa Majesté le Roy de Dennemarch pour la Reyne de Pologne.

N. 75.

Hafniae, s.d. 1659.

*Sophia Amalia regina Daniae
ad Ludovicam Mariam reginam Poloniae
litterae credentiales pro Christophoro Parsberg.*

(Exemplar)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Madame,

Le Sieur Pasberg s'en allant en vostre Cour, en la place du Sieur Juel qui s'en est venu en ces pays pour ses affaires particulieres, nous n'avons pas voulu manquer de le charger de vous faire des compliments de nostre part, et de vous prier de luy donner audience favorable pour tout ce qu'il vous pourroit faire entendre en nostre nom. Nous serons tousjours en eschange, Madame,

Vostre bien bonne et affectionnée amie et soeur.

A Coppenhague 1659.

In dorso: Copie des lettres de creance que receut Monsieur Pasberg de sa Majesté la Reyne de Dennemarch pour la Reyne de Pologne.

N. 76.

Hafniae, 1. Septembris 1659.

*Fridericus III rex Daniae
ad Christophorum Parsberg
mandat ei, ut Lubeca ad regem Poloniae se conferat.*

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Friderich den tredie med Guds naade Danmarckiss, Norgiss, Wendis och Gotthiss konningh etc.

Wor Günst tilforn. Vi bede dig och naad. wille, at du strax med allerførste leylighed begiffuer dig til skibs fra Lybech den nærmeste vey till

hanss k^{tt} kongen aff Polen effter den dig medgiffne ordre och instruction.
Der med skeer vor ville, befalediss dig Gud.

Giffuet paa vort slott Kiøbenhafn, den 1. Septembris Anno 1659.

Under vort zignet.

Friderich

In dorso: Oss elskelig, erlig och welbyrdig Christopher Pasberg till
Jernet, wor mand thienner, député hoes hans Kierlighed, Kongen i Pollen.
Lybeck.

N. 77.

s.l., [post 2 Octobris 1659].

Ignotus

ignoto

*se scire nuntiat de eius desiderio aulam regis Poloniae ipsumque regem
invisendi reditumque eius quam citissimum expectare.*

(Conceptum)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

La vostre datée ^{a)} 2 me d'Octobre, que je presume neantmoins devoir
estre du 2me de ce mois icy m'a este rendue ce jour d'hui ^{b)} et ayant
appris d' celle qu'apres que ma lettre a este malheureuse a vous ^{b)} ren-
contres au temps et lieu ^{b)} due, le lieu et la personne a laquelle elle
estoit destinée ^{c)} les prieres de Mr Pasbergh et votre propre curiosité
vous ait porté a vouloir voir la cour et le Roy de Pologne, devant de
revenir ^{d)} en ce quartier icy; je me conforme condescend volontiers a
vostre intention et ^{e)} attands icy ^{b)} vostre retour le plus tost que faire
ce pourra.

Cependant je demeure Monsieur.

a) *scriptum super* du *expunctum*.

d) *supra verbum*: retourner *scriptum et
expunctum*.

b) *verbum superscriptum*.

c) *verba*: le lieu et la personne a laquelle
elle estait destinée *linea sunt subducta*.

e) *sequitur verbum* vous *expunctum*.

N. 78.

s.l. [post 14 Novembris 1659].

Fridericus III rex Daniae

ad Christophorum Parsberg

instructio ad tractationes pacis in Prussia.

(Concept., manu Ioannis Juel et eiusdem anulo obsign.)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

F 3.

Wi tilskicke dig herhos effter din underdanigst anmodning fuldmagt
att offueruere paa de tractater, som i Prysens med ^{a)} kongen aff Pohlen
och hans allierede paa dend ene side och kongen aff Suerig paa dend ^{b)}
side holdes skal. Huorfor du paa det flittigst dig haffuer att bemøde att
bringe det til general tractater och salvos conductos ^{c)} ^{d)} for ^{e)} dig att
forskaffue, huorudi ui icke tuiffler de keyserlige och brandenburgische ^{f)}

deruerende gesanter dig flittigen secunderer. Huilche dersom du siunis, att de aff nogen lode sig offuertale och til andet att inclinere begynte haffuer. du dennem att erindre om de forbindelser deris principaler och os imellem er, animere dennem de uilde bruge ^{g)} dend samme animositet som de brandenburgische gesanter udi dend Thurnsche congres testeret sig mod os elskel. Jens Juell etc. att uere instrueret pae. Att nemlig dersom Polacherne dend tid uden os tractere uilde, att de dae aldrig uilde sligt noget samtycke, mens reise derfrae och protestere de nullitate actus. Huilchet och de keyserlige mod hannem til Warschaw, effter att de fich att uide alliancen mellem os och keyseren att uere sluttet, haffuer sagt sig pae att ^{d)} uere ^{e)} beordret aldrig uden os att komme til tractater.

Mens dersom Pohlacherne allene skulde uilde dette uerch præcipetere, dae haffuer du dennem foruden andre raisons, som tiden dagligen dig giffue kand och ui din egen dexteritet remitterer, att remonstrere. Først dend store usikkerhed som de sig self derued isatte, naer de engang sig saeledis frae deris uenner separerede, att de dennem en anden tid udi nøds tid ey skulde torde assistere, siden att ui icke kunde troe att de os nu forlade uille, som nest Gud haffuer ueret dennem en megtig hielp (och uden ald recompense eller profit) til deris befrielse sae och forarsaget att bode en och anden som tilforn uare deris offuente fiender icke allene ere bleffne deris uenner, men allierede. Att ui icke, under uoris residencestatt och egen person nu pae anden aar er belagt, os til nogen particular fred lader beuege eller til att forlade uore uenner. Att det er nochsom oyensiumlig, att Gud dend uretfærdig krig Pohlen och os er tilført icke lader ustraffet bade ued dend fynske victorie, som uel halffdeelen aff fiendens armee haffuer bortaget, sae och Haupts recuperation.

Hollenderne, som os uel er bewust, att de meget befrycter i Pohlen, seer uel och sae Suenskens ubillighed i det hand icke engang effter det fynske slag huis de i den Hag haffde ^{h)} projecteret, antage uil och derfor nochsom ere animeret hannem med uaben att bringe til raison,ⁱ⁾ och gierne til en general fred skal contribuere, om ellers bade Pohlen och ui icke det self med for stor hast uille forekaste.^{d)} Huor lidet asseuer Hollenderne freden for Pohlen holder uden att ui tillige med i tractaterne bliffuer comprehenderet, er nochsom deraff att slutte, att deris deruerende depute extraordinaire h. Honart ^{l)} ordre haffuer att gvarantere pae deris uegne dersom enten ui freden for Pohlen slutter eller tillige med och icke ellers.^{e)}

Dersom de dig uilde om conditionerne sondere, haffuer du dig uel att uare, att du dig icke i noget udlader sae uit, att det siden kunde drages i consequens. Och bestaer Pohlacherne derpae, att de icke uden uoris inclusion tractere uilde, haffuer du att sollicitere, att ui includeres som en contrahent, efftersom dend anden lod ^{k)} blote inclusion mere i ord end realiteter bestaer. Huorledis och pae huad condition ui er sindet freden at indgae, uille ui uidere nadigst, naer ui om din admission bliffuer forstendiget til tractaterne os erclere. Ellers haffuer du os flittig uden att tabe nogen leilighed enten til lands ellers uands att lade uide, huoruit in materia pacis avanceret bliffuer.

a) hans kierl. *expunct.*

b) *hic deest verbum* anden

c) for de Suenske *expunct.*

d)-e) *add. in marg.*

f) *ge expunct.*

g) om det siuntis *expunct.*

h) *concer expunct.*

i) sindet *expunct.*

k) *lectio incerta.*

l) *scil. Ioannes de Honart*

Hafniae, 23 Martii 1660.

*Fridericus III rex Daniae
ad Christophorum Parsberg
edocet eum, quomodo se gerere debeat versus pacis tractationes in
Prussia.
(Concept. manu Ioannis Juel scriptum)
T.K.U.A. Polen A.II.10.*

W[or] G[unst] T[ilforn].

Wi naffue ved din secreterers ankomst aff dine skriffuelser och hans beretning fornummet, huorledis wi ald foerhobning tabe maa til att bliffue til de prydske tractater admitteret. Huoroffuer due uel haffuer giort woris inclusion med tilbørlig clausuler att søge, huorpaa wi nad. wille att du insistere skal.^{a)} Du mott paa woris wegne gierne ald reciprochx tilsige, huoroffuer wi dig och hosfoyede creditiff tilskicher. Huad dig angaer saa haffuer du effter tractaters slutt,^{b)} om kongen frae Danzig bortreiser,^{c)} med sæduanlig curialier pae beste maneer din affsked att tage, dog dig til Danzig indtil woris widere nad. ordre opholde, pae det wi see kand, huorledis aldting med excequetionen affløber. Deris mayst. haffuer du til freden effter dens slutning att gratulere, dersom wi derudi bliffuer pae tilbørlig maade inkluderet.

Hafn. 23. Mart.

In margine superiore: Christoff Paesberg.

a) naar du seer ald hob til din admission
att uere ude *expunct.*

b)-c) *add. in marg.*

Gedani, 4 Maii 1660.

*Ioannes Casimirus rex Poloniae
Friderico III regi Daniae
per deputatum regis Daniae extraordinarium, Christophorum a Parsberg,
se abunde ad legationem ipsius respondisse significat.
(Orig., sig.)
T.K.U.A. Polen A.II.10.*

Ioannes Casimirus, Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi Domino Friderico Tertio, Daniae etc. Regi etc., salutem et omnis prosperitatis continuum incrementum.

Serenissime Princeps, Frater, Amice, Vicine et Confoederate noster Charissime.

Quemadmodum hactenus semper causa Serenitatis Vestrae cordi nobis curaeque fuit, ita tractatu pacis iamnum per Dei gratiam finito singularem illius non destitimus habere rationem. Patebit Serenitati Vestrae, quantum non armis modo, sed modis quoque aliis publicum Sere-

nitatis Vestrae bonum asserere studuerimus et vindicare. Generosus Christophorus a Parsberg, Haereditarius in Iemit, Serenitatis Vestrae Deputatus Extraordinarius, qui partes suas hoc loci egit cum laude, quidquid super ipso tractatu exituque eius Serenitati Vestrae constare oporteat, abunde relaturus est. Nos in praesentiarum prosperam Serenitati Vestrae valetudinem et faustissimos successus a Deo voverimus. Datae in regia nostra Gedanensi, die IV mensis Maii, anno Domini MDCLX, Regnorum nostrorum Poloniae et Sueciae XII anno.

Serenitatis Vestrae

a) bonus frater, vicinus, amicus et confoederatus
Ioannes Casimirus.^{b)}

In dorso: Serenissimo Principi Domino Friderico Tertio, Daniae etc. Regi etc.

Alia manu: Lit. Reg. Polon. Recredent. pro Dn. Christophoro Pasberg.

a)-b) manu propria.

N. 81.

s.l., [1660]

Ignotus officialis regis Daniae [cancellarius?] oratori Polono

fragmentum responsi, nomine regis Daniae, ad ipsius legationem, quo laetitiam eiusdem regis Daniae exprimit de Cracovia a Suecis liberata et de tractatibus conclusis.

(Conceptum)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Serenissimus et Potentissimus Rex Daniae et Norvegiae etc. perceptis iis, quae^{a)} a Serenissimi et Potentissimi Regis Poloniae Internuntio extraordinario^{b)} prolata sunt, laetabundus intelligit Cracoviam, diu a Rege Sweciae occupatam, Regiae Sacrae Maiestati Poloniae feliciter cessisse, tractatibus inter praedictam Regiam Maiestatem et Sweciae Regem^{c)} conclusis, nihil nisi ratificationem brevi insecuturam^{d)} deesse partemque exercitus Regiae Sacrae Maiestatis Poloniae recta in Pomeraniam tendere, officii sui duxit Regiae Sacrae Maiestati Poloniae^{e)} primum de felici armorum suorum successu gratulari, deinde pergrato recolere^{f)} animo propensum Regiae Suae Maiestatis animum ad ea prompte et religiose observanda, quae in foedere nuper inter Sacram Regiam Maiestatem, Dominum meum clementissimum, Regem Regnumque Poloniae sancito continentur,^{g)} fidelem se semper in paribus praestandis Regiae Suae Maiestati et promptum.^{h)} Apprecatur Regia Sacra Maiestas Regi Poloniae omnia fausta et felicia studiumque ipsiⁱ⁾ in omni genere officii suum profitetur ac pollicetur. Quod reliquum est etc.

Insigne tuae erga me benevolentiae indicium.

a) verbum: quae supra lineam scriptum.

b) verba: Internuntio extraordinario supra lineam scripta.

c) verba: et Sweciae Regem (in ms. et S.R.) supra lineam scripta.

d) verba: brevi insecuturam supra lineam scripta.

e) verbum: Poloniae supra lineam scriptum.

f) verbum: recolere supra lineam scriptum.

g)-h) verba haec superscripta leguntur pro expunctis verbis: apprecans observanda

i) verbum: ipsi supra lineam scriptum.

s.l. [circiter 1665].

*Ignotus officialis regis Daniae**ad usum officii**principaliora capita legationis Polonicae breviter enumerat.**(Exemplar)**T.K.U.A. Polen A.II.10.*

Serenissimus ac Potentissimus Rex Daniae et Norvegiae,^{a)} Dominus meus clementissimus, auscultatis attentius iis, quae ab Illustri Serenissimi ac Potentissimi Regis^{b)} Poloniae Domino Ablegato Extraordinario in medium prolata sunt, in hoc potissimum consistere animadvertit:

Primum, quod orata prius a Regia Sacra Maiestate, Domino meo clementissimo, venia, significat se abitum et iter hinc Holmiam (in Sueciam) meditari.

Dein maximas Regiae Sacrae Maiestati, Domino meo clementissimo, de humanissima exceptione, ad auditionem admissionem et collatis in se, dum hic commoratus est, officiis agit gratias.

Tandem etiam atque etiam rogat, velit Regia Sacra Maiestas, Dominus meus clementissimus, confecto,^{c)} quod inter Anglos et Batavos nunc saevit, bello,^{d)} cuius socialia Regiam Sacram Maiestatem, Dominum meum clementissimum, participem faciunt foedera, auxiliariam Regiae Sacrae Maiestati porrigere manum ad avertendum imminentem Regno Poloniae a Turca infestissimam irruptionem.

Tam honeste Dominum Ablegatum partes suas hic tuitum esse Regia Sacra Maiestas, Dominus meus clementissimus, perspexit, ut non solum bona cum gratia eum dimittere haud gravetur, sed et iter institutum feliciter ipsi evenire velit.

Gratias, quas Dominus Ablegatus Extraordinarius de exquisitis, quibus hic se ornatum indicat, studiis et honoribus singularibus et benevolis agit verbis, ex abundantia quadam humanitatis proficisci Regia Sacra Maiestas, Dominus meus clementissimus, advertit, adeo ut etiam grata habeat Dominus Ablegatus et^{e)} ea, quae absque inhumanitatis nota praetermitti non possunt.

a) in ms. S. a P.R.D. et N.

c)-d) verba linea subducta

b) in ms. S. a P.R.

e) in ms. ex

s.l., [circiter 1661]

*Ignotus officialis regis Daniae**oratori Polono**fragmentum responsionis ad orationem ipsius.**(Conceptum)**T.K.U.A. Polen A.II.10.*

Regia Sacra Maiestas, Dominus meus clementissimus, apprime percepit ea, quae a nobilissimo viro in medium prolata sunt, quibus cum potissimum^{a)} significet gaudium, quod^{b)} ex pace inter septentrionales

hasce Coronas conclusa capit^{c)}, d) dein laetitiam, qua animum eius perfundit nupera regiminis mutatio,^{e)} qua^{f)} communi Ordinum consensu iura Maiestatis et successio haereditaria horum Regnorum in Regiam Suam Maiestatem et legitimos suos posteros dignissime collata^{g)} est, postremo^{h)} se Regiae Suae Maiestatis clientelae et favori humillime commendat. Regia Sua Maiestas congratulationem a nobilissimo viro factam grato recolit animo favoreque insuper regio ipsum complecti haud gravabitur.

Libellum memorialem quod attinet...

- | | |
|---|--|
| a) potissimum <i>pro non expuncto</i> : primum <i>suprascriptum</i> . | d)-e) <i>in margine</i> . |
| b) <i>sequitur expunctum</i> : quam, et <i>in margine</i> : capit tam | f) <i>sequitur suprascriptum</i> : nuper <i>expunctum</i> . |
| c) <i>sequuntur verba expuncta</i> : quam ex ea regiminis mutatione | g) collata <i>suprascriptum est in locum non expuncti</i> : translata, et <i>in margine</i> : benignitatem in aliquem conferre |
| | h) <i>suprascriptum pro expuncto</i> : deinde |

N. 84.

s.l., [1661]

*Ignotus officialis regis Daniae
oratori Polono
fragmentum responsi ad ipsius orationem.*

(Conceptum)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Responsio ad gratulationem.

Serenissimus et Potentissimus Rex Daniae et Norvegiae, Dominus meus clementissimus, quamvis de benevolo^{a)} in se Serenissimi ac Potentissimi Regis Poloniae animo, quem^{b)} multis iam argumentis exploratissimum habet,^{c)} nullus dubitet,^{d)} tamen cum singulari^{e)} gratulatione, iam^{f)} ab eiusdem Internuntio Extraordinario facta, maximus^{g)} ad immemorabilia Serenissimi Regis^{h)} Poloniae in Sacram Regiam Maiestatem, Dominum meum clementissimum, merita cumulus accedat,ⁱ⁾ summam non modo laetitiam^{j)} k) ex tanti erga se amoris testificatione^{l)} percipit, sed et de ea^{m)} gratiasⁿ⁾ agit quantum potest maximas.^{o)}

Ad gratissimas Internuntii Extraordinarii votorum voces quod adiciat Regia Sacra Maiestas non habet, et cum maiora non potest, paria reponit,^{p)} prosperos rerum successus, diuturnum, felix et^{r)} pacatissimum^{s)} imperium Regiae Sacrae Maiestati Poloniae^{t)} exoptando. De caetero Sacra Regia Maiestas grato^{u)} humanitatem Internuntii Extraordinarii recolens animo, regiam suam in^{v)} eundem navare benevolentiam nunquam gravabitur.

- a) *verba*: de benevolo *in locum expuncti verbi*: animum *suprascripta*.
b) *verba*: animo, quem *supra lineam scripta leguntur*.
c) *correctum ex*: habeat
d) *verba*: nullus dubitet *supra lineam addita*; *deinde sequuntur verba expuncta*: ex gratulantis tamen eiusdem Internuntii

Extraordinarii adfectu summam percipit laetitiam; *in margine autem ad modum vocabularii scriptae sunt locutiones*: Percipere voluptatem ex aliqua re.
A I. facere gratulationem - gluck wunschen.
A I. facere gratulationem alicui.

- e) *verbum*: singulari scriptum est sub verbo *suprascripto*: *maximus expuncto*.
- f) *verbum*: iam *supra lineam scriptum*.
- g) *verbum*: *maximus in locum expuncti: cumulus suprascriptum*.
- h) *verba*: *Serenissimi Regis suprascripta sunt in locum expunctorum verborum: Regiae Maiestatis, Domini mei*
- i) *correctum ex*: *accesserit*
- j) *supra verbum*: *laetitiam, non expunctum, adscriptum est: voluptatem; deinde sequitur expunctum verbum: exinde*
- k)-l) *in margine*.
- m) *verba*: *de ea supra lineam scripta*.
- n) *sequuntur verba expuncta: de eadem*
- o) *sequuntur verba expuncta: Vota, quae; in margine autem scripta est locutio (ex Ciceronis Laelius sive de amicitia): Haec habui de amicitia quae dicerem. Cic[ero].*
- p) *in margine adscripta est alia locutio ex Cicerone: Amorem meum erga te a tua pueritia susceptum non servavi solum, sed etiam auxi. Cic[ero].*
- r) *sequitur expunctum verbum: pacatum vel pacificum*
- s) *sequitur expunctum verbum: imperium*
- t) *sequitur expunctum verbum: apprecando*
- u) *in margine latine, danice et gallice scriptae sunt locutiones: De caetero - Om det andet P I. Quant au reste - Caetero, de caetero Quant au reste, je voudrais - Quod superest, de reliquo velim.*
- v) *verbum: in suprascriptum est pro expuncto: erga, cum addito nomine Ciceronis: in Cic[ero]*

N. 85.

s.l., s.d.

Ignotus officialis regis Daniae oratori Polono

nomine regis Daniae, respondet ad ipsius orationem ante abitum habitam.

(Conceptum)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Responsio ad valedictionis orationem.

Serenissimus ac Potentissimus Rex Daniae et Norvegiae, Dominus meus clementissimus, consideratis secum iis,^{a)} quae ab Illustri et Magnifico Domino, Domino Chiliarcha (Tribuno) in medium prolata sunt, gratias, quas de^{b)} singularibus et exquisitis, quibus hic se ornatum iudicat studiis et honoribus,^{c)} ex abundantia quadam humanitatis^{d)} suae proficisci intelligit, nihil magis in votis habens,^{e)} quam ut officia in Illustrum et Magnificum Dominum Tribunum hic collata^{f)} meritis et negotio, ad quod conficiendum^{g)} (expediendum) huc missus est, respondere valeant (respondeant), veniam^{h)} hinc decedendi, quam Illustris et Magnificus Dominus petit, non solum libentissime Regia Sacra Maiestas dat,ⁱ⁾ sed et iter institutum feliciter ipsi evenire vult.^{k)}

Compensationem quod attinet, quam nomine exercitus Polonici, Regiae Sacrae Maiestati, Domino meo clementissimo, praesidio missi, desiderat,^{l)} Regia Sua Maiestas quamvis insigne beneficium in Regem Regnumque Poloniae collatum, quo hostem validum et insolentem ab exitiali et toti Regno Poloniae interitum portendente proposito iam pridem avertit,^{m)} pro sufficienti remuneratione iure meritoque habeat, nihilominus Regia Sua Maiestas,ⁿ⁾ perspecta quam in commodum et utilitatem

Regnorum suorum auxiliares illae copiae conferent opera, condignis illas decorare praemiis haud gravabitur. De caetero etc.

- a) *in margine legitur locutio*: considerare secum aliquid - etwas bey sich betrachten v. A I.
- b) *sequuntur verba expuncta*: beneficiis in eum hic collatis honoribusque, quibus. *et verbum*: de *repetitur non expunctum*.
- c) *in margine scriptae sunt locutiones*: ornare aliquem singularibus studiis - einem sonderbahre Dienst undt Wilffähigkeit thun v. A I.
Ornare aliquem exquisitis honoribus - einem grosse Ehre erweisen v. P I.
- d) *supra verbum*: *humanitatis scriptum est: civilitatis, non expunctum*.
- e) *in margine*: habere in votis - wunschen v. A I.
- f) *in margine*: Conferre

| | |
|---|----------------------------------|
| } | officia |
| | benevolentiam in aliquem v. F R. |
| | ex Cicerone. |

Antiquius nihil ei fuisset. Cicero.
- g) *supra verbum*: *conficiendum et expediendum scripta est abbreviatio*: v. A I.
- h) *sequitur verbum expunctum*: decedendi
- i) *in margine locutiones*: Si mihi veniam, quam peto, dederit. v. F R. Exposcere veniam dicendi. Decessio de provincia. Cicero. flytten v. P I.
- k) *in margine*: Migrationem tibi feliciter evenire volo. Cicero. Hinc significat motum de loco hoc fra v. P I.
Abhinc significat ab hoc tempore fra denne tiid v. P I.
- l) *in margine*: Desiderare aliquid ab aliquo vel ad v. A I. - Etwas von einem begehren v. A I.
- m) *verba*: iam pridem avertit *pro expuncto*: divertit *suprascripta, et in margine leguntur locutiones*: Avertere hostem ab aliquo - den Feind von eynem wegtreiben v. A I.
Depellere malum ab aliquo - Das Ubel von eynem abwenden v. A I.
Furorem alicuius avertere a pernicie Republicae v. F R. ex Cicerone.
Portendere omnia laeta etc. - bedenken. Cladem portendere alicui, commutationem populo v. F R.
- n) *verba*: Regia Sua Maiestas *in margine scripta*.

N. 86.

s.l. [m. Iulio-Augusto 1665].

[*Petrus Marselius, legatus Moschoviticus in Dania*]
ad usum officii Danici

quos fructus rex Daniae ex rerum statu in Polonia carpere possit.

(*Exemplar*)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Geringes bedencken von der gegenwertiegen moscowitischen ablegation.

Ich habe vor kurtzer zeit in unterthänigster demuht einen geringes bedencken, wie man sich der gegenwertiegen moscowitischen ablegation hochnützlich gebrauchen könte, entworffen. Also das selbieges proiect darauff ist gerichtet gewesen, wen man etwa gnädigst inclinirete müllichen fleis anzuwenden, umb jemanden von dero hohen affectionnirten zur königl. würde in Pohlen zu erheben. Ietzo habe allergehorsambst mein geringes sentiment unbegreiflich anderer, mehr verständiegen uhrteil, alhier entwerffen wollen, undt zwar wie man sich der moscowitischen ablegation hochnützlich bediehn könte, im falle man zwar nicht intendire umb die königl. chrohn für irgents einen interessenten so gar gerahde zu affectiren, sondern nur anfengklich darnach zu streben, wie alle heimliche anschläge, voraugen schwebende finessen undt höchstgefährliche desseins, welche dem höchstlößlichen haus Dennemarck,

Norwegen zum allergrösten nachteil preiudiciren würde, ertötet undt nichtig gemachet worden müchten.

In diesen fahl umb der bedienter, so nach Pohlen abzufertiegen, keinen anderen prætext seiner absendung führen, alss allein die von Moscou versuchte mediation bey ihr königl. may^{tt} in Pohlen zu tentiren, undt zu allen friedtlichen handtlungen aller erdenckliche mittelen vorschlagen, dabey anführende undt remonstrirende, wie die unruhe in Pohlen so woll der gantzen Christenheit alss particulierement ihren vaterlandt höchstschätlich undt gantz verderblich wehre. Alle dessen gedanken, bemühung undt negotiation mus dahin gerichtet sein, nicht allein den frieden zwischen Pohlen undt Moscou, sondern vor allen dingen die innerliche unruhe aufzuheben, undt alle misverständnussen deswegen beyzulegen, sintemahl hieran unglaubliche finessen, rencken undt verwirrete anschläge hangen, so schwehre undt dangereuse consequentien nach sich ziehen können. Den hierzu würde kein potentat der Christenheit mit weniegern verdacht undt mehr unpassionirten gemüht, alss eben Ihr Königl. May^{tt} zu Dennemarck, Norwegen nützlicher helfen undt in der that des intent wirkklich verrichten können.

Dahmit aber der bedienter keiner parthey einiege übele ombrage thete geben, ob suchete seines grossen königs interesse er hierin zu mesliren, ia dahmit er mit desto bessere autoritet undt nutzen hierin fruchtbarlich negotyren könte, müste er nach eüsserlichen schein bey seinen general propos bleiben umb die mediation zwischen Pohlen undt Moscou vortzusetzen undt diesen frieden zu beforderen. Unter der handt aber bey gelegenheit zu verstehen geben, wie die gantze chrohn sich nach der innerlichen ruhe sehnete undt davon alle hofnung der wolffart erwartete. Doch muste dieses mit guter behuetsamkeit undt nicht anders, alss wen ihm von anderen dazu anleitung gegeben würde, geredet werden, da dan ohn zweiffel ist, das der königl. polnischer hoff neben allen vernünfftigen ehrlichen patriotten nach solchen subject höchstes verlangen tragen. Welches ohne archwohn diese wieder allen verhoffen so weit eingerrissene troublen ohne verletzung iemandes dabey interessirenden hoheiten, regalien, renomnee undt gerechtigkeiten mit samfftmuht undt guten glimpff beylegete. Sintemahl unleuchbar ist, das ihr may^{tt} der königin geheimbten rächte nimmermehr vermühtet, noch einieger massen gehoffet ^{a)} haben, ^{b)} ^{c)} das dieses werck so weit ausschlagen, oder Lubomierski ¹⁾ mit solchen conduict die sache würde geführet haben. Sonsten würden sie es nimmermehr zu solchen extremiteten haben kommen lassen.

Nun aber ist wahrhaftig, das auff ungeziemlicher weise davon zu lassen, oder das einmahl public gesprochenes decret undt urtheil zu wiederruffen ihr may^{tt} hoheiten undt königl. autoritet zuwiedren sein würde, Lubomiersky aber auch erfehret, wie die ambition undt unzeitiger stoltz auch die vortreflichsten stürtzen undt gar zu den eüssersten verderb bringen könne. Weswegen man sicherlich dafür halten kan, so der bedienter nur mit guter vorsichtigkeit undt prudence dieses werck mesnagiret, das selbstn der königl. hoff in Pohlen seinen grossen könige aufs freundtlichste unter der handt versuchen werde sich in dieser sache zu interponiren, undt mit recommendation oder intercession alle misverständnussen beyzulegen. Den also würde die hoheit undt höchstrechtmessig ihr may^{tt} zustehender königl. glimpff unverletzet undt im gleichen der h. Lubomiersky die königl. gnade ohne seiner ehren verkurtzung wiedrumb geniessen können.

Die vorteihlen, so hieraus Ihr Königl. May^{tt} zu Dennemarck unausbleiblich undt unwiedersprechlich vor augen schweben, seindt diese:

1. Das Sie durch solche höhstrühmliche sache die benedeyung Gottes und den himlichen segen verdiehneten.

2. Das Sie ertöteten die schwedische maxime, wodurch selbige nation tractet, das königreich Pohlen bis aufs bluet sich ausmergelen zu lassen, dahmit sie nachmahlen die krafftlose chrohn desto füchlicher emportiren undt gewinnen mögen. An welchen der Schweden habenden absehen kein vernüfftieger cavalier in Pohlen zweiflet, sonderlich da notori undt bekandt ist, das sie den friedens tractat, so letztlich im closter Oliva den 3. May 1660 geschlossen, bereits im zweiffel ziehen undt unterschiedlicher pointen halben nach der zeit streitigkeiten erregt haben.

3. Das Sie dadurch verhüeten würden, dahmit ihr may^{tt} die köniegin keine desperate conseils ergreifen thete. Alss welche mit Schweden tractaten geschlossen, das selbige die chrohn Pohlen mit vier undt zwanzig tausent mann assistiren, die waffen mit ihnen coniungiren undt also gegen Moscou alss ihren gemeinen feindt mit gleicher macht undt force streiten solten. Mit welchen tractaten ihr may^{tt} die köniegin eygentlich dahin ziehlet, diese 24.000 mann wieder ihre disaffectionirte undt mit ihren particulieren dessein streitende parthey zu gebrauchen. Alwo leichtlich die voraugenschwebende höchstgeföhrliche unheilen zu erkennen, indem Schweden nimmermehr mit einer so mächtiegen armee ohne versuch undt erhaltenen vorteil wiedrumb aus Pohlen würde zu bringen sein, wan sie einmahl darin festen fus gesetzt.

4. Wen dieses erhalten, das die misverstände durch zwischenkomung Ihr Königl. May^{tt} zu Dennemarck beygelegt, undt der chrohn Pohlen dadurch innerliche ruhe erworben. So kan man leichtlich gedencen, wie hochrenommiret höchstgedagte Ihr May^{tt} bey beyden theilen undt dem gantzen königreich sich würden gemacht, ihre völliege gewogenheit undt respective williegen gehohrsam gewonnen, auch unsterblichen ruhm dadurch erworben haben. Da man dan zu erwegen geliebe, ob woll bey dieser beschaffenheit der sachen ein grosser prince in der Christenheit wehre, welcher als dan nehere hofnung zur königl. chrohn in Pohlen alss Ihr May^{tt} zu Dennemarck königl. affectionirter haben könte, indem der bedienter durch den fleis, so bey vohrieger sache er gethan, auch zugleich die grace bey ihr may^{tt} die köniegin in Pohlen undt die affection des h. Lubomiersky würde gewonnen haben. Welchen er mit guten sicheren grundt würde anzeigen können, wie ihr may^{tt} weder des unterthänigsten gehohrsambst des Lubomiersky noch dieser ihr may^{tt} königl. gnade über ihn undt sein haus gnugsam würde versichert sein können, sofern nicht auch der point abgethan würde, worüber hauptsachlich alle voriege misverständnussen entstanden, undt woran die gemühter gedenckende leichtlich wiedrumb könten erbittert werden. Weswegen ein solches expedient zu ersinnen, welches practicable wehre, keinen stande oder persohn preudicirete, ihr may^{tt} der köniegin einiege satisfaction gebe, der chrohn Pohlen ihre gerechtigkeiten undt freyheiten in securität stellet undt den h. Lubomiersky neben sein haus fur allen fernern troublen undt unruhe gnugsam versicherte. Den solange dieses nicht erfolget, wehre keine bestendigkeit der gnade undt des gehohrsambst zwischen beyden zu hoffen, könten darauff nicht satsam bawen noch ihre conseils darnach richten.

[1.] Alhier müste ihr may^{tt} der köniegin mit guter behuetsamkeit zu gemüht geföhret werden, wie unnmüchlich wehre, das sie in dero inten-

tion umb den hertzog D'Anguin²⁾ zur königl. würde in Pohlen zu erheben glucklichen ausgang hoffen könnte, indem Lubomiersky mit allen seinen anhangk ehe ihre güter, leib undt leben verliehren, alss die sache dahin kommen zu lassen zustaten würden, weil sie doch derselben als dan nicht würden versichert sein, es müchte unterdessen ihnen versicherung gegeben werden, wie sie wolte.

2. Weil der römischer kayser undt Chur Brandenburgk, ja auch Moscou keinen frantzösischen nachbarn leiden könnten noch würden, welches sie ia gnugsam bey diesen coniuncturen erfahren, alwo Öesterreich, Chur-Brandenburgk undt Moscou mit raht, that undt wircklicher hülffe den Lubomiersky assistiren, also das lauter unruhe, uneinigkeitt undt die dangereusten periclen von der welt zu vermuthen sein würden.

3. Weil selbsten die gantze chrohn undt die gantze noblesse von Pohlen gegen Franckreich, wie ihren ergsten feindt, verbittert ist, das sie davon nicht höhren, ich geschweige derselben interessenten zur chrohn erheben würden etz. Weswegen ein solches mittel zu ergreifen, so zu effectuiren undt wircklich zu practisiren wehre, ja welches zu gleich zu ihr may^{tt} unsterblichen ruhm undt danckbahrkeit mehr oder nicht weniger wie vorieges thete gereichen. Es inclinireten alle verständiege patriotten dahin, das gar ein fremder unpassionnirter prince, welcher ohn einiegen intrigues undt bey welchen keine periclen wegen ihren innerlichen gerechtigkeiten undt eüsserlichen interessen zu vermuthen, zu ihren königk müchte genommen undt erwehlet werden. Wohin auch selbsten Öesterreich, Schweden,^{d)} sofern ihnen die gelegenheit durch vorhergehende innerliche ruhe dazu zu gelangen benommen,^{e)} Moscou undt Chur Brandenburgk ziehlete, nur dahmit einen gegen den anderen keine ialousie zu fassen uhrsach gegeben würde. Nun aber wehren ihr may^{tt} ia nirgents durch veranleitet worden dem Duc D'Anguin hierin zu gefallen zu leben. Alss durch dieselbe heyraht, so zwischen ihn undt ihrer höchstged. fr. schwesters tochter³⁾ volnzogen worden. Weswegen man auf eben dergleichen mittel würde bedagt sein können, worin ihr may^{tt} nicht geringer contentement gegeben, oder dero gnädiege affection könne gewonnen werden, sintemahl man sich dazu erklehren undt verbinden konnte,^{a)} das^{b)} selbieger prince, so den ständen vorzuschlagen undt amiable zu machen, mit keiner anderen princesse sich vermählen müchte, alss welche nicht weniger wie voriege ihr may^{tt} verwandt, also das nicht die interessen sondern nur die personnes verendert würden.

Hierauff werden ihr königl. may^{tt} ungezweiffelt regard nehmen, undt alsdan muste mit guter manier auch den h. Lubomiersky zu gemüht geführet werden

1. Wie die königl. gemühter, welche über seinen hochmuht undt hertigkeit billig verbittert worden, nicht grüntlich zu besemfftiegen wehren, sofern er wieder raison opiniastrirete undt nicht einiege satisfaction ihr may^{tt} der köniegin geben thete.

2. Wie dieses nicht besser alss auf vorangezogener manier geschehen könnte, indem dadurch die königl. gemühter befriedieget, das vaterlandt in bestendiege ruhe gesetzt, alle heimliche finessen ertötet, die vorausschwebende periclen aufgehoben, das königl. haus bey seinen hoheiten, regalien undt würden zur glorie der gantzen polnischen nation mainteiniret, die respublic ihres respects, rechten, gerechtigkeiten versichert, undt er neben sein haus zu weit grösseren ehren erhaben undt mit manigfaltigen beneficien begnadieget werden könnte.

3. Weil hierdurch tausentfeltiege gefahr von ihren vaterlande abgewendet würden, so unausbleiblich zu vermuthen, wan ihr may^{tt} der königk, ohne einiegen gewissen successorn zu hinterlassen, mit todt abgehen würde, alwo den weitleufftig anzuziehen die raisons undt beweisthümer, welche in dem ausgegebenen gedrückten tractat angeführet undt erwiesen worden, dahmit anzeigende, warumb Öesterreich, Franckreich, Schweden, Brandenburgk oder irgents ein ander prince zu dieser königl. würde nicht zu erheben, weil die chrohn undt ihre fundamental satzungen unersetzlichen schaden dabey leiden undt ^{a)} selbiege ^{b)} allein durch vorieges mittel erhalten undt befestieget werden könnten:

Das aber der h. Lubomiersky nach dieser königl. chrohn nicht trachte noch auff einiege weise darnach trachten könne, solches habe ich in einen absonderlichen proiect klarlich angewiesen, undt sofern etwan die unstreitige darin enthaltene raisons in vergessenheit gestellet, will auff gegebenen befehl ich selbiege von newen anführen undt kürztlich entwerffen: Dieses geringes undt wolmeinendes sentiment bitte allergnädigst zu vermercken undt nicht dafür zu halten, ob wehre meine meinung sich so gar gerade in des fürsten Lubomiersky action zu mischen, sondern nur den obgedagten bedienten also zu instruiren, dahmit derselbe mit guter behuehtsamkeit sein conduit vorsichtiglich führe, als dan wirdt ihm selbst anleitung gegeben werden die affaires in handen zu bekommen das er also seinen grossen könige unvermuthliche dienste wirdt leisten können.

a)-b) *add. sup. ltn.*

c) *verbum illegib. expunct.*

d)-e) *add. in marg.*

1) *scil. Georgius Lubomirski*

2) *scil. Henricus Iulius, dux in Angia (Enghien), postea dux Condæus*

3) *scil. Anna Henrica, filia Eduardi, palatini Rheni, et Annae Gonzaga*

N. 87.

Thorunii, 28 Januarii s.n. 1665.

*Consules civitatis Thoruniensis
ad Fridericum III regem Daniae
in controversia, quam de ecclesia sancti Iacobi habent, opem regis implorant.*

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Allerdurchlauchtigster, groszmächtigster, allergnädigster könig und herr herr.

Ewer Kön. May^{tt} negst geziemender anerbietung unserer demüthigt unterdienste, verwünschen wir von Gott dem Allerhöchsten langwierige beständige gesundtheit undt allen höchstauffnehmenden königl. wolstandt bevor.

Der weltberühmte und gerechte eiver, welchen E. Kön. M^{tt} in vertheidigung der wahren religion undt erhaltung der evangelischen kirchen mit Dero höchstem königl. ruhm ieder zeit zu erkennen gegeben, wie auch die im verwichenen kriege der kron Polen undt derselben einverleibten landen bezeugte sonderbahre königl. gnade undt affection hat uns veranlasset in unserm schweren anliegen vor E. Kön. M^{tt} königl. thron mit

demüthigstem schreiben zu erscheinen und Dieselbe umb allergnädigste hülffe und beystandt anzuflehen. Und mögen E. Kön. May^{tt} in tiefster demut mit ganz wehmüthigem gemüth vorzutragen nicht umbgehen, wie dz der nonnenconvent allhier wegen der evangelischen St. Jacobs kirche in der Newenstadt hieselbst gelegen, und die wir von undencklichen jahren her allezeit ruhig und im frieden besessen, an ihrer kön. may^{tt} zu Polen und Schweden, unsers allergndst königs und herrn, hoffgericht uns rechtlich belanget. Welche kirchen sache höchstgedachte kön. may^{tt} an dero königliche hhⁿ commissarien zum entscheidt, iedoch salva appellatione verwiesen.

Nachdem nun gemelte hhⁿ königliche commissarii, ohngeacht dessen dz gedachter nonnenconvent sein vermeintes recht mit keinen authenticis documentis belegen können, unserer in religion und kirchen sachen wolhergebrachten frey- und gerechtigkeiten zuwieder, besagte kirche vermittelst eines commissorialdecrets uns abgesprochen und den nonnen zuerkandt, haben wir vonn dieser höchstbeschwerlichen sentenz an ihre kön. may^{tt} den beruff genommen, welche dero habenden religion und kirchenfreyheiten übel affectionirten böses angeben, den 14. Januarii stylo novo dieses jahres, die deliberatam expediret und wieder alles vermutten oftangeregte und von vielen jahren sonder irckeiner wiederrede besessene St. Jacobs kirche per approbationem decreti commissarialis uns gänzlich abgesprochen und den nonnen mit gleichsam dazugehöriger dote und anderen weit aussehenden eigenthümer in sechs wochen abzutreten zuerkandt sub executione und vadio zehen tausent ungrischer gulden wie auch poena perpetuæ bannitionis.

Weil nun der im königl. decret angesetzte executionis terminus heran nahen thutt, und das ansehen gewinnen wil, als wenn unsere in religion und kirchen sachen von den löblichen königen in Polen uns ertheilte und vom könige zu könige beschworne rechte und freyheiten mercklich geschwechet wollen werden. Dannenhero in dieser wichtiger und weit aussehender sache, da die von langer zeit in gutter ruhe und frieden besessene evangelische kirche numehr uns wil abgenommen und den wieder sachern überantwortet werden, haben wir nechst Gott dem allgewaltigen vor allen andern hohen und vornehmen evangelischen potentaten, vornemlich zu Ewer Kön. M^{tt} unsere zuflucht nehmen und Dieselbe umb allergnädigsten beystandt anflehen wollen. Ewer Kön. May^{tt} als den allergrösten monarchen auff dieser welt unter der evangelischen christenheit in tiefster demutt bittende, Dieselbe solches in Dero hohen königl. gemüth allergnädigst zu erwegen und sowol bey ihrer kön. m^{tt}, unserm allergndst könig und herrn, als auch der ganzen respublic mit Dero königl. vermittelung und höchst ansehnlichem schreiben, unangesehen dz der angesetzte terminus executionis allbereit wirdt verflossen seyn. Nichts desto minder, weil uns von ihrer kön. may^{tt} abermahls ein ander terminus ratione contraventionis decreti Regii præfigiret worden, förderlichst einzukommen geruhen wolle, damit das wieder uns und unsere religion und kirchenfreyheiten, welche durch die in kurz verwichenen jahren auffgerichtete pacta Oliviensia bestetiget worden, gefälltes decret zu keiner wirklichen execution gelangen möge. Sondern diese stadt bey

freyer übung der religion und friedlichen ungehindertem besiz der vor-
längst gehabten St. Jacobs kirche, ausserhalb welcher die evangelische
gemeine der Newenstadt keine andere hat, beybehalten und geschützet
werden, massen wir wie vorhin also nochmahls erbötig sindt, alle mög-
lichste mittel zu versuchen, wie zwischen uns und zum offtern genantem
nonnen convent ein güttlicher vergleich getroffen werden möge.

Wie wir nun zu E. Kön. M^{tt} die gewisse zuversicht haben, dz Dieselbe
auss angebohrner königl. gnade und weil es eine sache ist, welche die
ehre Gottes und erhaltung seines heiligen hauses angehet, sich Derselben
allergndst wirdt annehmen wollen. Also sindt wir solche hohe königl.
gnade umb E. Kön. M^{tt} mit unseren demüthigsten unterdiensten höch-
stem vermögen nach zu bedienen iederzeit willigst und gefliessen. Ew.
Kön M^{tt} im übrigen Gottes des allmächtigen obacht, und uns Dero königl.
gnädigster zuneigung in aller demutt empfehlend.

Datum Thorn, den 28. Jan. s.n. ao 1665.

Ewer Kön. May^{tt}
in demutt unterdinst-
willigste

Burgermeistere und raht
königl. stadt Thorn in Preussen.

In dorso: Dem allerdurchlauchtigsten, grossmächtigsten fürsten und
herrn, herrn Friedrich dem Dritten, von Gottes gnaden zu Dennemarck
und Norwegen, auch der Wenden und Gothen könige, herzogen zu Schless-
wig, Holstein, Stormarn und der Dithmarsen, graffen in Oldenburg und
Delmenhorst, allergnedigstem herrn.

N. 88.

Thorunii, 10 Aprilis 1665.

*Consules civitatis Thoruniensis
ad Fridericum III regem Daniae
in controversia de ecclesia s. Iacobi iterum auxilium expetunt.
(Orig., sig.)*

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Allerdurchlauchtigster, grossmächtigster, allergnädigster könig und
herr herr.

Ewer Kön. May^{tt} wünschen wir negst anerbietung unserer iederzeit
demüthigsten unterdienste von dem güttigen Gott langwirige gutte gesundt-
heit und allen höchst auffnehmenden königl. wolstandt bevor.

Wir haben aus Er Kön. May^{tt} an uns allergndst gegebenem schreiben
mit gebührender devotion vernommen, das Dieselbe aus sonderbarer kö-
nigl. gnade und gewogenheit gegenst diese stadt, wenn nicht durch den
harten und wiederwertigen winter die posten auffgehalten und an E.
Kön. May^{tt} unser in tröstlicher zuversicht abgelassenes schreiben etwas
spät hinterblieben were, mit Dero hochgewünschten intercessionalib. in
unser kirchen sache uns beyzukommen, allergnädigst willens gewesen,
davor wir gegenst E. Kön. May^{tt} uns unterdienstlichst bedancken thun.
Wann dann aber aus sonderbarer schickung Gottes die execution in

dem vonn ihrer kön. m^{tt}, unserm allergnd^{sten} könige und herrn, ange-
seztem termino nicht vollenzogen und es das ansehen hat, als wenn die
sache noch eine zeit lang, welches wir herzlich zu wünschen haben, an-
stehen dürffte.

Als gelanget an Ewre Kön. May^{tt} nochmahls unser demüthiges bitten,
Dieselbe aus königl^{ic} gegenst diese stadt beharrlicher gnade mit Dero hoch-
gültigen intercession an höchstgamelte ihre kön. may^{tt}, unsern allergnd^{sten}
könig und herrn, in mehrgedachter kirchensache uns zu hülffe zu kom-
men, allergnädigst geruhen wolle. Welche hohe königl. gnade Gott der
allerhöchste zu welches ruhm und erhaltung seines heilsamen wortes
solches geschicht, Ewer Kön. May^{tt} wirdt reichlich zu vergelten wissen.
Und wir sind es auch nach aller möglichkeit mit allen demüthigen unter-
diensten iederzeit zu verschulden gefliessen. Er Kö. May^{tt} im übrigen des
Allerhöchsten gnädiger obhutt, uns aber Dero königl. gnädigster gewo-
genheit trewlichst empfehlende.

Datum Thorn, den 10. Aprilis ao 1665.

Ewer Kön. May^{tt}
in demutt unterdinstwilligste
burgermeistere und raht
königl. stadt Thorn in Preussen.

In dorso: Dem alldurchlauchtigsten, grossmächtigsten fürsten und
herrn, herrn Friedrich dem Dritten vonn Gottes gnaden zu Dennemarck
und Norwegen etc. könige, herzogen zu Schlesswig etc., allergnädigstem
herrn.

N. 89.

Varsaviae, 22 Ianuarii 1667.

*Ioannes Casimirus rex Poloniae
ad Fridericum III regem Daniae
de periculo ex Oriente Regno Poloniae impendenti, qua in re legatum
suum, Ioannem Gniński, ad regem Daniae mittit.*

(Orig., sig. Adsunt etiam duo exemplaria)

T.K.U.A. Pclen A.II.10.

Ioannes Casimirus, Dei gratia Rex Poloniae etc., Serenissimo Prin-
cipi Domino Friderico III, Daniae etc. Regi etc., salutem et omnem
felicitatem.

Serenissime Princeps, Domine, Cognate et Vicine noster Charissime.

Cum Divinae Maiestati complacuerit Regnum nostrum assiduis bel-
lorum flagellis indesinenter castigare ab ipso ferme felicitis in Regnum
inaugurationis nostrae exordio, continuis bellorum exerciti malis, mise-
ricordiae Dei agnoscimus magnalia nondum nos consumptos esse. Verum
ad hanc ipsam, quae serenum pacis nobis eripuit, bellorum tempestatem
accessit longe formidabilior nimbus et procella, ab Orientis plaga excita,
potentia nimirum Ottomanica, quae apparatus bellicum et validissimam
manum per provincias imperio suo subiectas in exitium Regni nostri
cogens, antecedente effusissima gentis Tauricae colluvie Regno nostro
minatur. Quod insperati belli classicum, uti non solum in Regno Polo-

niae, sed in totius Christianitatis collimat perniciem, ita communibus Principum christianorum ad anteverendum hoc malum opus esse subsidio arbitrati, non celandum esse Serenitati Vestrae censuimus. Itaque Illustrem Ioannem Gninski, Thesaurarium Curiae Regni, intimi nostri^{a)} sigilli ministrum, Succamerarium Pomeraniae, Naklensem, Gneznensem, Radzynensem Praefectum, Ablegatum Extraordinarium nostrum ad Serenitatem Vestram ordinantes, prolixiori informatione instruximus. Cui plenam et indubitam fidem a Serenitate Vestra adhiberi in his, quae nomine nostro expositurus est, maiorem in modum postulamus. Interim longaevam valetudinem ac felicissimos rerum successus Serenitati Vestrae ex animo precamur. Datae Varsaviae die XXII mensis Ianuarii anno Domini MDCLXVII, Regnorum nostrorum Poloniae et Sueciae XIX anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae
bonus consanguineus et vicinus
Ioannes Casimirus.

In dorso: Serenissimo Principi Domino Friderico III etc.
N. 12.

a) nostri *supra lineam scriptum.*

N. 90.

Hafniae [post 28 Aprilis 1667].

*Fridericus III rex Daniae
ad [Ioannem Casimirum] regem Poloniae
ad litteras regis Poloniae de 22.I.1667 et ad legationem Ioannis Gniński
in causa periculi Turcici Poloniae imminentis respondet.*

(Exempl.)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Fridericus III etc.

Serenissime Princeps, Domine, Cognate et Vicine Charissime.

Quemadmodum nobis semper constans fuit propositum ac propensissima voluntas stabiliendi veterem illam amicitiam atque necessitudinem, quae a multis retro annis inter nos et Serenitatem Vestram et Regnum Poloniae viguit ac magno utriusque subditorum commodo arctioribus aliquot^{a)} foederum vinculis firmata fuit, nec hactenus ullam occasionem quippiam secus de nobis suspicandi reliquimus, sed semper eo consilia nostra direximus, quo suus in perpetuum dictae amicitiae necessitudinisque vigor constaret et tranquillitas, quantum fieri potuit, in Regno promoveretur. Ita non sine magno dolore comperimus Serenitatem Vestram ab ipso felicis in Regnum inaugurationis exordio concatenatis belli cladibus conflictatam esse atque in ipsum Regnum Poloniae cunctas calamitates, quibus Regnum adfligi potest, quasi^{b)} coniurasse. Ad quam etiam tempestatem Serenitas Vestra existimat longe magis formidolosam esse accessuram procellam, scilicet Portam Ottomannicam, validissima manu coacta una cum gente Taurica, Regno vestro imminere et perniciem minitari, uti nobis Illustris Ablegatus vester Ioannes Gninski, The-

saularius Curiae Regni, intimi nostri²⁾ sigilli Minister, Succamerarius Pomeraniae, Naklensis, Gnesnensis, Radzynensis Praefectus, ea qua par est observantia, et voce et scripto fideliter exposuit. Ceterum nondum inducimur, ut credamus decrevisse Portam Ottomannicam magno adparatu bellico et incursionibus Regnum vestrum infestare. Quodsi praeter expectationem funestum illud bellum inter Serenitatem Vestram et Portam Ottomannicam coiretur, tum nihil consultius foret, quam ut communi hosti communibus consiliis et coniunctis viribus totus Christianus Orbis sese opponeret.

Neque vero immerito nos propensissimae voluntatis studium deferremus et una cum aliis Principibus Serenitati Vestrae subsidio foremus, nisi promptissimae nostrae voluntatis effectum praesens rerum status, quo aliis bellicis coniunctionibus impliciti sumus, impediret. Id quod etiam toti orbi non ignotum est, adeoque nec Serenitatem Vestram fugere potest. Qua de re plura Serenitas Vestra ex responsionum memoriali dato luculentius intelliget. Nulli dubitamus, quin Illustris Ablegatus vester non secus ac spartam a Serenitate Vestra ipsi commissam egregie exornavit, eadem fide et candore Serenitati Vestrae quae ipsi significavimus enarraturus sit. Id, quod ita futurum esse, confidimus, interea tutelae divinae eam voto omnis prosperitatis, ut amicum et vicinum par est, commendantes. Havniae.

a) in ms. aliqt

b) in ms. qsuasi

z) sic in ms.

N. 91.

Havniae, 28 Aprilis 1667.

*Ioannes Gniński, thesaurarius curiae Regni,
ad Fridericum III regem Daniae
de periculo Ottomanico Regno Poloniae et toti Christianitati imminente.*

(Autogr.)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Serenissimus ac Potentissimus Poloniae et Sueciae Rex, Dominus meus clementissimus, cum Sacrae ac Serenissimae Regiae Daniae et Norvegiae Maiestatis socium fortissimum semper egisset prosperaque et adversa cum eadem communia censuisset, firma itidem fide ac reciproca spe procellam ab Orientis imperatore Regnis suis incumbentem, universae rei christianae formidandam, communicat, quo facilius unita ope propulsetur. Antemurale ille hoc dudum iam sibi despondebat et Tauricam sic militare Reipublicae voluit, ut illam populis privaret. Unde bellis nostris non uti solum, sed frui visus est, cum mancipiis Ruthenicis Asia impleretur. Sed neque seditiosorum dolenda erat iactura, qui excidium Henle satagebant. Divina itaque manu et sagaci consilio idem eo usque Turcarum Imperator detentus, criticum hoc Reipublicae nactus, et adoritur tempus, quo latus nostrum nudum et infirmum invenit. Decumanis

scilicet bellis exhausta Respublica, tanto discrimini haud par, dum militem nuper per Crimenses subdole, mediante fidei sacramento, mox sacrilege abrupto, evocatum, partim caesum partim captum dolet. Cosacos, quos tanto sanguinis diluvio in obsequium reposuerat, semperque Ottomanis opponere solita, imo Asiae minabatur, hostes iam sentit, licentia in obsequium Portae pellectos. Quorum ope et laborum tollerantia superatis Sarmatiae fortissimis claustris, hactenus inaccessis. nihil non obvium, nihil non expeditum sibi putat ad universam Christianitatem subiugandam. Quare non solius sceptri Polonici discrimen, sed commune omnium christianorum Principum periculum, explicat Sacra Regia Maiestas, Dominus meus clementissimus, invitat Sacram Regiam Daniae et Norvegiae Maiestatem ad propulsandum amicamque cupit opem, nihil dubitans eandem Sacram Regiam Daniae et Norvegiae Maiestatem pro piissimo suo zelo ac prudentia eo consilia et vires toto conatu et affectu mutuo directuram, quo discrimini praesentissimo tum Polonia, tum quae per latus eius petitur Respublica Christiana, mature eripiatur.

Quod Sacrae ac Serenissimae Regiae Poloniae et Sueciae Maiestatis, Domini sui clementissimi, nomine ea qua decet submissione proponit Haffniae die 28 Aprilis stylo novo anno Domini 1667

Eiusdem Sacrae Regiae Maiestatis Ablegatus
Iohannes Gninski
Thesaurarius Curiae Regni manu propria.

In dorso alia manu: Memoriale Domini Iohannis Gninsky, Serenissimi Poloniae Regis ablegati extraordinarii, ab ipso die 28/18 Aprilis anno 1667 exhibitum.

N. 92.

s.l., [post 28 Aprilis 1667].

Ignotus

ad usum officii

summa legationis Polonicae Ioannis Gniński et responsi Danici ad eandem legationem dati.

(Exempl.)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Praemissis curialibus, summa eorum, quae a Regiae Sacrae Maiestatis Poloniae Domino Ablegato Extraordinario in medium prolata sunt, in hoc consistebat:

Primum, quod maxima Regni Poloniae et ob bellum inexpiabile atrocitas significabat tempora.

Dein subsidium nomine Regis sui ad avertendum imminens et universae Rei Christianae formidandam irruptionem, qua Turca, infensissimus christiano nomini hostis, Regno Poloniae aperte minuitur, sollicitus petebat. Quibus repetitis et praemisso apposito ad curialia responso, ad caetera in hanc sententiam responsum est:

Vix consolabili Regiam Sacram Maiestatem Daniae et Norvegiae etc. afficit dolore luctuosum et diuturnum, quo Regnum Poloniae arsit et adhuc flagrare metuit, bellum. Quanta vero constanter fuerit Regiae Suae Maiestatis Daniae et Norvegiae etc. in Regiam Sacram Maiestatem Poloniae adfectus magnitudo quantaque semper in id incubuerit cura, ut pacatus redderetur Poloniae status, hoc omne Regiae Sacrae Maiestati Poloniae adeo cognitum perspectumque esse Regia Sacra Maiestas Daniae etc. persuasissimum habet, ut uberioribus id confirmare argumentis supervacaneum omnino ducat. Haud minori adhuc Regia Sacra Maiestas Daniae effertur studio subsidium, quod petitur, lubenti animo mittendi, verum praesens rerum suarum ratio bellumque, in quod socialia et sacrosancta cum amicis icta foedera Regiam Sacram Maiestatem trahunt, propensissimae huic voluntati impedimento est insuperabili. Nullum alias Regia Sacra Maiestas Daniae etc. amantissimi Regis officium est praetermissurus, quod indeclinatae quae sibi cum Regia Sacra Maiestate Poloniae intercedit amicitiae non solum roborandae, sed et augendae servire possit. Quod reliquum est, Regia Sacra Maiestas Daniae^{a)} Dominum Ablegatum Extraordinarium navare benevolentiam haud quaquam gravabitur.

In dorso: Summa eorum, quae tam ab Ablegato extraordinario Domino Iohanne Gninsky, cum ab Regia Maiestate Rosenburgi die 18 Aprilis 1667 audiretur, dicta, quam per Excellentissimum Dominum Cancellarium Suae Regiae Maiestatis nomine responsa sunt.

In tegumento: Des polnischen enuoyes, H. Joh. Gninski propositio unnd darauff gegebener königl. bescheid.

a) in ms. hic relictum est spatium album.

N. 93.

Lubomli, 8 Februarii 1671.

Demetrius Georgius Wiśniowiecki, dux campestris exercituum Poloniae, Christiano V regi Daniae de proxime futuro matrimonio suo cum Theophila, ducissa in Ostrog et Zastaw.

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Serenissime Daniae Rex, Domine mihi Clementissime.

Sententiam mutandi status aggredienti mihi orbitatisque ponendi lugubria fas sit, Rex Serenissime, a favoribus Serenissimae Maiestatis Vestrae petere solatia accessibilemque, nec ullis stipatam spiculis et armis clementiam, ut pote bene suis confisam dotibus alloqui: Permite rogari. Offendunt nunquam thura precesque Iovem. Ipsius enim solis haec verissima conditio est et officium, lemmate consignatum creditorum: Non exoratus orior. Quod non expectet preces humanas, sed proprio instinctu commodis provideat et voluptati. Regum vero, qui eiusdem prae se ferunt eminentia suae celsitudinis imaginem, non nisi precibus inflectitur benevolentia.

Cum igitur Illustrissimae Ducissae in Ostrog et Zaslav, in vitae mihi

consortium adoptatae, devotum negotium instet mihi perficiendi sponsiones, diesque decimus Maii in loco residentiae Illustrissimorum parentum, Biata nuncupato, praescriptus mutuis explicandis obligationibus, a Maiestatis Vestrae Serenissimae praesenti et interveniendo favore quaerit instans suum ornamentum occasio, non alibi, quam ab eius radiis clementiae sortitura sufficientius. Moris est minutioribus excellentiorum mutuare splendorem elementorum, nec tamen tali communiione naturalia imminui beneficia vel in quem devenire felicitatis pristinae defectum. Humillima proinde pedibus Maiestatis Vestrae subdens obsequia, obnixepeto hunc clementiae gratiaeque mihi impertiri effectum, a me vitae et sanguinis exolvendum dispendiis. Haec amplissima beneficiorum felicitas est, de semine eorum iacto centuplos omnimodae promptitudinis metere fructus et perpetuo servitio animos incatenare. Invadiabunt^{z)} eadem meam quoque Maiestati Vestrae Serenissimae humilitatem, iugibus mandatis et nutibus obsecundaturam et quae pro munere in me profusae beneficentiae correproceat. Munificentissimam interim deosculans dextram, eandem amplissimis imbui a Deo triumphis ipsamque Maiestatem Vestram Serenissimam vigere valere quam diutissime animitus cupio. Dabantur Lubomli, die 8 Februarii 1671.

a) Serenissimae Maiestatis Vestrae Domini mei obsequentissimus et humilimus servus

Demetrius Georgius Korybuth Dux in Zbaras et Wisniowiec, Palatinus Belsensis, Dux Campestris Exercituum Regni, Bialocerkieviensis, Drohinensis, Lubomliensis, Solecensis, Kamiencensis etc.

Capitaneus manu propria.^{b)}

a)-b) *manu propria.*

z) *sic in ms.*

N. 94.

Biata, 28 Februarii 1671.

Michael Casimirus dux Radziwiłł

Christiano V regi Daniae

rogat, ut rex nuptias privignae suae Theophilae cum duce Demetrio Georgio Wiśniowiecki cohonestare velit.

(Orig.)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Ita cunctis rerum humanarum in actionibus comparatum est, ut voluntates discurrant, proponant, eventus vero certitudinem unica Dei voluntas statuatur. Ex singulari divini numinis providentia, necnon eorum, quorum ob arctum sanguinis nexum intererat, deliberato consilio Illustrissimam et Celsissimam Theophilam in Ostrog et Zaslav Ducissam, filiam meam, sponsione sponsaliumque solenni celebratione elocaturus Illustrissimo et Celsissimo Duci in Zbaras et Wiszniowiec, Serenissimi

Regis nostri patruelli, ex inelyta Korybutorum Ducum Domo, Palatino Belzensi, Exercituum Regni Poloniae Duci Campestri, diem nuptiis 10 Maii anni currentis in arce mea Bialensi indixi. Quo hisce hymenaeis omnis auspicata et fortunata a luminibus mundi comprecatio adiungi eorumque sublimi et lucidissimo fulgore thori foedus magis autorari solidiusque robur obtinere possit, eapropter debitis submissionis signis Sacram Regiam Maiestatem Vestram rogo, ut pro innata sua clementia hunc actum nuptialem fulgentissimis gratiae suae radiis illustrare novoque huic foederi lucidissimam singularis suae benignitatis facem accendere non gravetur.

Quam infinitae clementiae contestationem omnibus humillimorum officiorum studiis demereri enitar. Et interim Numen Altissimum imploro, ut ex immensa bonitate sua diuturnam et longaevam valetudinem prosperosque omnium rerum successus Sacrae Regiae Maiestati Vestrae praebeat, me vero in eiusdem favorem regium commendo.

Datae Białae in arce mea, die 28 Februarii 1671.

a) Serenissimae Maiestatis Vestrae addictissimus servus
Dux Radzivil Cancellarius et Exercituum Dux
Campestris Magni Ducatus Lithuaniae manu propria.^{b)}

a)-b) *manu propria.*

N. 95.

Hamburgi, 12 Decembris 1673.

Stanislaus Lubieniecki
[*ad Petrum Griffenfeld, cancellarium Regni Daniae*]
de candidatis in futura electione regis Poloniae.

(*Orig. autogr.*)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Monseigneur,

Cette constante passion, que j'ay toujours eue au service de Sa Majesté, pour n'estre pas inutile demeurant sur ses terres et ainsi jouissant de la grace de sa protection, m'oblige à souhaiter ce bonheur dans la conjuncture presente, assez delicate, de luy pouvoir rendre quelque tres humble service, veu que Son Altesse Serenissime Monseigneur le Prince George¹⁾ vient en grande consideration en matiere de la nouvelle election du Roy de Pologne.

Car encore que les Princes de Condé, de Lorraine et de Moscovie²⁾ mesme y ayent eu des grands partis si est ce qu'un de mes confidens m'en mande en date du 13 courant s.n., que la dite Altesse Serenissime y étoit en meilleur predicament que qui que ce soit. Et s'il plaist à Vostre Excellence me permettre de luy en dire trois mots, j'espere fermement que nous emporterons le bouquet selon toutes les probabilités, pourvu que nous puissions satisfaire à la Republique de Pologne en deus

points, assavoir touchant la religion et la jalousie des Suedois en particulier, que la dite Republique caresse fort à l'égard du secours liberalement promis contre les Turcs.

Monseigneur, le dernier Envoyé de Bresa party d'ici il y a plus de huit jours devers Stetin, ayant receu en chemin des nouveaux ordres d'y retourner sur ses pas, tellement que tant s'en faut que cette Republique les choque durant le conjuncture presente, qu'elle cherche plus-tost tous les moyens à gagner leur bonne affection. S'il plaist donc à Vostre Excellence m'en faire quelque ouverture et éclaircissement, je l'asseure d'y vouloir contribuer tous mes soins à servir fidelement la Maison Royale, comme ayant assez d'adresse aupres de divers gens de la Cour, et mesme aupres de quelques domestiques de la Reine, qui sera bientost l'objet et le but de toutes les brigues, ne doutant point que la France n'y consente et que la Maison d'Autriche ne s'y opposera en aucune façon, moyennant le mariage de la Reine, pourvu que les Suedois n'y resistent. Car parmi les premieres et les plus necessaires qualités requises du nouveau Roy de Pologne seront, sans doute, les suivantes:

Qu'il soit Catholique Romain et capable de se mettre à la teste des armées contre les infideles, pour ainsi sauver la Republique, et qu'il épouse la Reine sans chocquer les voisins.

C'est, Monseigneur, ce que les autres candidats ne peuvent se promettre. Et pour le Piaste ou quelque Seigneur du pays, il n'y en a point d'apparence, le siecle d'à present plein de ruses et plus poli, sans comparaison que celui que Piaste charpentier fut eleu Roy il y a plus de 800 ans, ne pouvant souffrir une telle election, à ce que nous vismes dans l'exemple du feu Roy, ce que j'ay touché dans ses epitaphes cy-joints, dont je me fais l'honneur d'envoyer une copie à Vostre Excellence, comme aussi de son Testament et de ces beaux vers de Monsieur Pastorius.

Au reste, Monseigneur, je prie tres humblement Vostre Excellence de croire que je conceu ces jours passés une joye nompareille, ayant appris le grand avancement que ses vertus et merites luy ont acquis aupres d'un si juste et si debonnaire arbitre que l'est Sa Majesté, suppliant Vostre Excellence de l'asseurer tres humblement ce que je luy dit dernièrement à Glucstad, que je souhaittois passionnement de La servir avec la mesme fidelité et le mesme zele que j'ay servi autrefois Sa Majesté le feu Roy de tres glorieuse memoire, tellement que moyennant la continuation de la grace de Sa Majesté d'à present, je voudrois changer les pretensions de mes avverages connus à Vostre Excellence (quoy que j'en voudrois employer une bonne partie au bien et à l'avantage de nostre ville d'Altena^{z)} en celle de servir Sa Majesté fidelement à l'advenir, m'estimant le plus heureux du monde de pouvoir obtenir une si haute recompense, et mesme pretendant de le faire pour le present avec plus d'adresse que je ne l'ay fait il y a 12 ans passés. En quoy si je puis reussir, j'en auray l'entiere obligation à Vostre Excellence qui m'obligera à la reciproque d'estre plus que personne du monde à jamais

Monseigneur
de Vostre Excellence
tres humble et tres obeissant serviteur
de Lubienietz.

A Hambourg le 12 Decembre 1673.

^{z)} sic in ms.

1) *frater Christiani V*

2) *Alexius Michaelides*

Varsaviae, 7 Martii 1674.

Vladislaus Rey, palatinus Lublinensis,
 Christiano V regi Daniae
 de regis fratre ad coronam Regni Poloniae in futura electione aspirante
 deque suo erga Domum Danicam promptissimo animo.

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Serenissime et Potentissime Rex, Domine, Domine Clementissime.
 Inter supremas felicitates, quibus in voto privati hominis locus dari potest, omnium consensu primatu potitur ea, quae in promerita magnorum Regum et Principum benevolentia robur suum accipit, non eorum tantum, quibus sacrato vinculo fidem et obsequium tenemur, sed eorum etiam, quorum famam et dignitatem e longinquo venerari licet. Eo prosperitatis me appropinquasse literae Sacrae Regiae Maiestatis Vestrae plus quam luculenter confirmarunt, dum teneram adhuc meae devotionis tesseram regia complectitur benignitate. Nullum mihi praesentius neque securius occurrit medium confirmandi Maiestatem Vestram in tenacissimo, quoad vixero, venerationis meae proposito, praeter id, quod lubentissime profiteor, ut quisquis Polonorum rem Maiestatis Vestrae quocunque loco et tempore agit, suam agere merito ducit. Memoria namque praestiti in nuperrimo bello Suetico, Reipublicae nostrae a Serenissimo et Gloriosissimo Maiestatis Vestrae parente validi et efficacis auxilii pronam linguam et paratam manum cuique nostrum gerere suadet in promovendo honore et augmento Maiestatis Vestrae totiusque Regiae Domus, ut ea, quae hucusque praetermissa est debita gratitudinis nota, hocce opportuno tempore eniteat simulac perennet. Accedit insuper Serenissimi fratris Maiestatis Vestrae digna regii sanguinis indoles, clara Orbi Christiano (quia aetatem supergressa) maturitas, quae inter multos multaque in solatium amissi Regis proponentes candidatorum conatus, principem locum meruisse videtur. Neque dubitare possum, quin Maiestas Vestra aeternum hoc, quod aggreditur, gloriae et securitatis Regnorum suorum munimentum adaequatis consiliis et promptissimis resolutionibus promovere et firmare dignabitur.

Statum et qualitatem eorum, quae huic negotio perficiendo requiruntur, primo difficilioribus, nunc (praecidendo moram) favorabilioribus terminis abunde exposui Illustrissimo Domino Castellano Maiestatis Vestrae in oras nostras ablegato, viro tanto officio pari. In quorum fidem et auctoritatem sufficere dixisse: sine his Regnum Poloniae nec quaeri nec obtineri posse. Vota interim animitus fundo, ut Deus ter Optimus Maximus Maiestatem Vestram gloriosum et incolumem diutissime conservet. Datum Varsaviae, die 7 Martii, anno 1674.

a) Sacrae Regiae Maiestatis Vestrae devotissimus
 et obsequentissimus servus

V. Rey Palatinus Lublinensis.^{b)}

In dorso: Serenissimo ac Potentissimo etc. Christiano Quinto, Dei gratia Regi Daniae etc.

Alia manu: N^o 13. Woywoda Lubelsky skrivelse till May¹ af dato den 7 Martii 1674.

a)-b) manu propria.

s.l., [circiter 8 Iunii 1674].

*Vladislaus Rey, palatinus Lublinensis,
Christiano V regi Daniae
condolet, quod frater regis ob diversae religionis impedimentum in re-
gem Poloniae non est electus.*

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Serenissime ac Potentissime Rex, Domine Domine Colendissime.

Revertitur in Daniam Illustrissimus Dominus a Seestet, Maiestatis Vestrae Ablegatus Extraordinarius. Licet autem post tot vigilantissimi laboris et eximiae prudentiae ductus comitem habeat minus faventem suae negotiationis sortem, adferet tamen in integro conservatam Maiestatis Vestrae dignitatem, plenam omnium Ordinum Regni dispositionem in secundandis eiusdem votis, cui parem nullus candidatorum habuit, nisi hoc inevitabile amplectendae in instanti religionis nostrae vinculum perimens impedimentum attulisset. Caetera enim adeo ex facili audiebantur et amplectebantur, ut longe maiora offerentium supprimerent conatus, et moderni Serenissimi Regis fortunam nihil aliud in abdito adhuc et sine omni spe haerentem introduxit, nisi deposita in Serenissimo Principe Daniae suffragiorum alacritas, quam eousque progressam notavit et mirabitur posteritas, ut ultro citroque plures ex primoribus Episcoporum fidem et sponsonem suam toti Reipublicae offerre parati erant, Serenissimum Principem Daniae in ingressu suo Poloniam ingredi simul debuisse Ecclesiam Catholico-Romanam. Unde Maiestati Vestrae et totius Regiae Domus accrevit honor, mihi tantum relictus perennis dolor, quod optatam hanc simul indefesso studio promotam messim sterilibus seu potius luctuosis fascinis involutam habeam, nec aliunde suppetit solatium praeter id, quod tanto Regi praestitisse obsequia neminem hucusque poenituit nec poenitebit.

Et quoniam ingenium fatorum adeo fertile est, ut saepe minus speratas occasiones offerat Principibus, seu antiqua renovandi foedera, seu de novo ampliandi, suadebit continue Polonia Serenissimo moderno Regi, et quisquis successerit, fovendam religiosissime Maiestatis Vestrae amicitiam et mutuam instaurandorum commerciorum (quod faxit Deus) commoditatem, quae si aliquando animum Maiestatis Vestrae occupaverit, inveniet paratissimum clientem et acerrimum, quoad vixero, omnium desideriorum suorum promotorem. Hisce praemissis manebo constanter

a) Sacrae Regiae Maiestatis Vestrae
humillimus servus
Vl. Rey Palatinus Lublinensis.^{b)}

*In margine inferiore alia manu: 28 Iunii 1674.**In dorso: Serenissimo et Potentissimo Principi ac Domino, Domino Christiano Quinto, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.**Alia manu: Palatinus Lublinensis, Lobelsky hanss tillbageskrivelse till May^{tin} med Mr. Christoffer Sehsted, sine dato, er dog ungefehr 8 Junii 74.*a)-b) *manu propria.*

Varsaviae, 8 Iunii 1674.

*Andreas Olszowski episcopus Culmensis, Regni Poloniae cancellarius,
Christiano V regi Daniae
regem consolatur, quod frater eius, princeps Georgius, ob diversae reli-
gionis impedimentum in regem Poloniae non est electus.*

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Sacra Regia Maiestas, Domine Clementissime.

Maximo honori et fortunae meae duco, quo me regia epistola sua Sacra Maiestas Vestra honorare simulque per Ablegatum suum Extraordinarium, Illustrissimum Dominum Christophorum a Sehested, Castellanium et Praefectum Scanderburgensem, regiam erga me benevolentiam contestari dignata sit. Eximiae isti gratiae et benignitati Sacrae Maiestatis Vestrae non humili tantum gratiarum actione, sed tota animi mei et obsequiorum devotione respondeo.

Aliter Deo et fato visum, ut proxima licet spe Serenissimi Principis Domini Georgii, fratris Maiestatis Vestrae (cui hic nihil nisi catholicae religionis professio defuit), alius regalis coronae potiretur, quem non ambientem nec opinantem, ob res bello praeclare gestas, favor popularium in Regem acclamavit. Caeterum, non defuit partibus suis et officio dexteritas et prudentia memorati Illustrissimi Domini Ablegati, qui plane omne tulit punctum, prout tanti Regis et tanti negotii bonum ac dignitatis Maiestatis Vestrae observantem ministrum decebat.

Superest, ut ego me totissimum Sacrae Maiestati Vestrae devoveam, expectaturus semper mandata et occasiones promptissimis obsequiis meis de Maiestate Vestra eiusque Regnis et populis quam optime merendi. Deus ter Maximus Sacram Maiestatem Vestram longaeva incolumitate et rebus omnibus ex voto fluentibus cum Regia sua Domo cumulatissimam servet. Varsaviae, die 8 Iunii 1674.

a) Sacrae Maiestatis Vestrae Regiae
devotissimus et humillimus servus
Andreas Olszowski Episcopus Culmensis, Nominatus
Archiepiscopus Gnesnensis, Regni Cancellarius.^{b)}

In dorso: Sacrae Regiae Maiestati Domino Christiano Quinto, Dei gratia Regi Daniae etc. Regi etc.

Alia manu: Andreas Olszowsky Ep. Culmensis nominatus Archiepiscopus Gnesnensis^{c)} hans skrifvelse til Hans Kongl. May^t af dato d. 8 Junii 1674 er saasom et recreditiv for Mons. Christoffer Sehested.

a)-b) *manu propria.*

c) *correctum ex:* erkebiskopen af Gnesnen

Varsaviae, 26 Aprilis 1677.

*Stanislaus Lubomirski, supremus Regni marscalcus,
Christiano V regi Daniae
se studium suum et operam in excipiendo ablegato regis et eius man-
datis adimplendis diligentissime praestitisse nuntiat.*

(Orig., anulo obsign.)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Sacra Regiaeque Maiestas, Domine Domine Colendissime.

Litteras, quas mihi a Maiestate Vestra reddidit Dominus Magnus Gioe, Vestrae Maiestatis Ablegatus, post suum in hanc regiam adventum, maximo pro honore accepi ex eo potissimum, quod Maiestas Vestra suis me regiis commissis ac iussibus dignum iudicavit.

Excepto omni debita existimatione a Maiestate Sua, Domino meo clementissimo, praedicto Domino Ablegato, non omisi, ut Vestrae Maiestatis mandata continebant, in commissionis suae causis ad votorum implementum efficaciter assistere atque inservire, quemadmodum ipsemet Maiestati Vestrae zelum meum atque operam oretenus referet. Quem si in aliquibus forte particularibus eum, qui optabatur, effectum non habuisse visum fuerit, temporis id solum angustiae ac ferventibus pro confirmanda pace Turcica consiliis adscribat Vestra Maiestas. Caeterum, vetustam cum inlyto Daniae Regno ac Maiestate Vestra amicitiam, quam plurimi faciunt Maiestas Sua totaque haec Respublica, perpetuam incorruptamque colere fixum in animis habent, nec Maiestatem Vestram dubito huius apprime rei persuasam fore sinisterisque, ubi sint, delationibus fidem haud daturam.

Quantum ad me attinet, in eum finem consilia semper ac media suggeram, ut praefatae amicitiae, servatae hactenus tum cum Serenissimis antecessoribus Maiestatis Vestrae, tum cum ipsamet Vestra Maiestate, mutisque valide documentis comprobatae, omni tempore satisfieri valeat. In reliquo devotionem humillimam, quam hac data occasione pronus offero ac consecro Maiestati Vestrae, quamque maiores mei cum Serenissimis maioribus Vestrae Maiestatis submisserunt, omnibus Maiestati Vestrae contestari obsequiis novisque exinde iussibus Vestrae Maiestatis saepius honorari posse magnae mihi foelicitati semper ducam. Atque interim Maiestati Vestrae humillima veneratione inclinor. Varsaviae, die 26 Aprilis 1677.

Sacrae Regiaeque Maiestatis Vestrae
a) humillimus servus

Stanislaus Princeps Lubomirski Supremus
Regni Marscalcus.^{b)}

a)-b) *manu propria.*

Hohenstein, 7 Augusti 1677.

d'Hoverbeck Ioannes B.
[*ad Magnum Gioe, ablegatum Danicum*]
pro servitiis durante eius Varsaviae commoratione praestitis gratias agit.

(Orig., autogr.)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Monsieur,

Ayant eu part (par la communication de Monsieur Chwalkowsky) a ce que vous avez eu agreable de faire tenir du resultat de la Diete Particuliere de Samogitie, je vous en ay deu tesmoigner ma reconnoissance. Tenant cela mesme pour un effet de vostre negociation pendant vostre sejour a Varsovie, dont veritablement vous avez mérité de tous les alliez. Mais il faudroit (sauf vostre meilleur avis) cultiver la bonne intelligence que vous avez fondee, de telle sorte que la Majesté du Roy de Dannemarck et Norvege la representé a la Majesté Imperiale et Son Altesse Electorale concerté avec Monsieur l'Envoyé qui reside a Sa Cour.

Au lieu ou Vostre Excellence se trouve a present, il faut qu'elle fasse l'office pour tous les Ministres des alliez et pourvoyé ne quid detrimenti res nostra communis capiat. Cependant ie auray tousiours en attente de l'honneur de ses commendemens pour faire voir par effets que ie suis pour tout le reste de ma vie, Monsieur, de Vostre Excellence

Tres humble et tres obeissant serviteur
J. B. d'Hoverbeck.

In marg. inf.: De Hohenstein. Ce 7e d'Aoust 1677.

Vilnae, 20 Octobris 1677.

Michael Pac, palatinus Vilmensis,
Christiano V regi Daniae
pro litteris a rege acceptis gratias agit obsequiaque sua offert.

(Orig.)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Serenissime et Potentissime Rex, Domine Domine Colendissime.

Repetitis vicibus acceptas a Sacra Regia Maiestate Vestra literas cum omni cultu veneratus sum, et inclinationem eiusdem in imo rependo pectore, cum summis gratiarum actionibus rectae sinceritatis argumentis respondeo. Non defuit eadem erga Sacram Regiam Maiestatem Vestram et in immediate praeteritis Comitibus observans veneratio. Etsi votis non arriserit eventus, mea tamen latuisse non potuit cooperatio, ab Illustrissimo Ablegato Sacrae Regiae Maiestatis Vestrae exponenda. Nam nihil pretiosius aestimo, quam me patriae meae deditum esse et eidem faventium vicinorum indemnitati. Demissionem interim meam Sa-

crae Regiae Maiestati Vestrae defero et omnia faustissima desuper pure et sincere apprecor. Dabantur Vilnae, die 20 Octobris, anno 1677.

a) Serenissimae Maiestatis Vestrae
humillimus servus
Michael Pac Palatinus Vilmensis.^{b)}

a)-b) *manu propria.*

N. 102.

Rosnaniae, 29 Iulii 1684.

*Emericus Thököly princeps Transilvaniae
Christiano V regi Daniae;
pro defensione nationis Hungaricae et religionis evangelicae contra im-
peratorem auxilium expetit.*

(Orig.)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Serenissime et Potentissime Rex, Domine Domine Clementissime.

Oppressiones nostrae et cruenta intolerandaque persecutio cum a tot annis orbi universo innotuerint, ita coram Serenissima Maiestate Vestra funestam hanc conditionem et sortem, quam divinum numen nobis sustinendam imposuit, evidenter constare non ambigo, imo vel ex nupera mea declaratione, quam ad Maiestatem Vestram emisi, originem et fontem malorum causasque et iustitiam belli plene et evangelica cum comiseratione cognoscere potuit.

Arma nostra resolutionesque pro libertatibus patriae, ad haec protectio potentissimae nationis truculentos impedierunt impetus religionique evangelicae non exiguum procurarunt respirium. Sed postquam fortuna belli in partem Caesareanorum versa est, novae nobis et religioni evangelicae imminent afflictiones, et si furentes animi ulterioribus effervescent successibus, certissimum est Austriacos omnem vim et impetum in nostram perniciem et exterminium religionis effusuros. In his extremitatibus, dum fluctuantem videt Hungariam Serenissimus Rex Poloniae^{a)}, mediationem suam ad componendos hosce motus et procurandam reconciliationem benigne obtulit.

Neque alienus essem ab accommodatione in Rem Christianam, dummodo libertates nobis cum securitate et bona fide restituantur, mihi pro tot damnis impendatur satisfactio. Alioquin necessitabimur in extremitatibus extrema sequi consilia, si ministri caesarei, prouti hactenus, ita imposterum tractandi normam ad rationem status et occasionum momenta direxerint.

Proinde Maiestatem Vestram demisse rogo, dignetur serio pensitare labantem rerum statum et exorientia ex oppressionem nostram in eversio- nem libertatum et religionis evangelicae pericula, quae ut omnibus modis praecaveantur templisque et sacris sua permittantur iura, leges et aequitas et christiana conscientia efflagitant. Testor Deum, quod in hac causa hunc solum et principalem semper habuerim habeamque scopum, ut eversae contra fidem et per summam vim libertates in pristinam vindicentur integritatem, religio autem evangelica ex fundamento legum pa-

triarum suum consequatur vigorem. Hoc lateri meo accinxit frameam, quam a tenera aetate pro aris et focus intrepide porto, Deo Iudici et iniuriarum nostrarum Vindici iustissimam causam committens.

Quodsi etiam Sacratissimus Imperator meam devotionem et iustissimas praetensiones per contemptum transmittat et repudiet, neque sic tamen animum despondebo vel a protectione huius causae recedam, quantumcunque etiam extremitatum et periculorum sustinendum sit. Tandem iustae causae Deus solet esse protector. Si vero res ad honestam et securam compositionem deveniret, Maiestatem Vestram meo et Hungarorum mihi unitorum nomine demisse rogo, ut si politici mores^{b)} urgerent respectus (qui ponderandi tamen sunt et caute evitandum, ne Regnum Hungariae ex statu libero in haereditarium praecipitetur), moveat tamen haeroum animum consideratio religionis, ne (quod clerus omnino intendit) tandem in Hungaria extremum patiatur naufragium. Interpositio Maiestatis Vestrae aliorumque evangelicorum Regum et Principum ad salutem et emolumentum Hungariae plurimum conferet, praesertim si Serenissimus Rex Poloniae, tanquam Princeps vicinus et conservationi nostrae intentus, requiratur ad continuandam mediationem et benignam erga nos propensionem.

Hoc est. quod a Maiestate Vestra submisso peto, hoc tot animae sub onere persecutionum suspirantes, hoc religio et erga eandem ipsa christiana obligatio deponunt. Ideoque certus sum et securus Maiestatem Vestram zelum suum et gratiosum erga me et nationem Hungaricam favorem salutariter contestaturam. Pro qua benignitate Maiestas Vestra me sibi semper devotum, totum vero hocce Regnum experietur gratissimum. Quod superest, Maiestati Vestrae longaevitatem et prosperos rerum successus desiderans, maneo

Sacrae Regiae Maiestatis Vestrae
servus humilimus
Emericus Thököli manu propria.

Datum Rosnaniae, die 29 Iulii 1684.

a) *Ioannes Sobieski.*

b) *lectio incerta.*

N. 103.

Amsterodami, 16 Iulii 1699.

*Franciscus Galecki, palatinus Inowladislaviensis,
Christiano V regi Daniae
servitia et obsequia sua offert
(Orig.)
T.K.U.A. Polen A.II.10.*

Serenissime ac Potentissime Rex.

Qualem expressionem obligationis facere possim pro collatis in me a Sacra Regia Maiestate Vestra terra marique gratiis, sane non reperior²⁾ modum, neque vires pro satisfactione sufficiunt. Attamen quo possum obsequio debitam gratitudinem devota mente referendam esse iudicavi. Plus enim desiderari non potuit, quod pro maiestate Sacrae Regiae

Maiestatis Vestrae in favorem Serenissimi Regis Poloniae, Domini mei clementissimi, atque Reipublicae in persona mea praestitum non sit. Quousque ergo Serenissimum Regem et Rempublicam de his certiore non faciam (quorum nunquam immemor^z) erunt), praesentibus per Generosum Dominum Zestet, Capitaneum navis redeuntem (qui me optime ad portum deduxit) Sacrae Regiae Maiestati Vestrae ex persona mei quantas possum gratias exhibeo, exoptans quam felicissimos Sacrae Regiae Maiestati Vestrae successus et optimam in longitudinem dierum valetudinem pro hac, qua feror, obligatione. Prout sum

Sacrae Regiae Maiestatis Vestrae
a) humillimus servus
Franciscus Comes Gałecki
Palatinus Inowladislaviensis.^{b)}

Amstelodami 6/16 mensis Iulii 1699.

In dorso alia manu: Der Polnische Senator Galecki aus Ambsterdam vom 6/16 Julii 1699.

a)-b) *manu propria.*

z) *sic in ms.*

N. 104.

Hamburgi, 3 Octobris 1676.

*Daniel Salomons, minister regis Poloniae [Ioannis III],
Conrado Biermann v. Ehrenschild
nomine regis Poloniae, responsum et resolutionem regis Daniae sibi
mittenda urget.*

(Orig. autogr.)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

d'Hambourg le 3^e Octobre 1676.

Monsieur,

Je me suis donné l'honneur de vous escrire le 8^e de Septembre et de vous envoyer la copie d'une lettre de la Cour touchant le desir du Roy de Pologne mon maistre - estant depuis de n'avoir point de reponce ce que ie veu attribuer a Votre absence. Je vous renvoye l'extrait de l'ordre du Roy vous supliant de me faire savoir la reponce et resolution du Roy vostre maistre, lon pourrait fixer un temps auquel les deux Roys s'escriroient ensemble ou bien quand j'aurai les lettres ie les enverray en un mesme temps d'icy. Mr. Pauli vous rendra aussy les nouvelles de la victoire du Roy sur les infidèles ce qui pourra bien avancer la paix. Je vous baise les mains et suis fort obeissant mais tres veritablement

Monsieur,

Votre tres humble et tres obeissant serviteur

Salomons

In margine inf.: Monsieur Bierman.

In dorso alia manu: M. Daniel Salomons.

Hamburgi, 18 Octobris 1676.

Daniel Salomons minister regis Poloniae

Conrado Biermann v. Ehrenschild

transmittit exemplum litterarum ex aula regis [Ioannis III] acceptarum, desideria regis continentium.

(Orig. autogr.)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Monsieur,

Par la copie cy iointe d'une lettre de la Cour de Pologne vous verres ce que Sa Majeste le Roy mon maistre me fait ordonner et ce qu'il desire; c'est pourquoy ie vous prie, Monsieur, d'en parler a Sa Majeste le Serenissime Roy, votre maistre, et de me faire savoir sa resolucion en mesme temps si Sa Majeste en demeure d'accord, comme ie n'en doute pas, vers quel temps ou en combien semaines il plaira a Sa Majeste de faire escrire une lettre semblable a celle fin, que i'en puisse donner aussi de faire le reciproque. Vous pouves, Monsieur, m'adresser la lettre, ainsy que ie ferai et vous enverray celle de notre Cour.

Je vous prie, Monsieur, de vous resouvenir de l'ancien connoissance, de me continuer l'honneur de votre amitié et de me croire aussy verité et estime, Monsieur

Votre tres humble et obeissant serviteur

Salomons

d'Hambourg le 8/18 Octobre 1676.

Post scriptum:

Vous m'obligeres fort de quelque part ²⁾ des nouvelles de vos quartiers et de Suède, si vous en souhaitez de Pologne mesme - d'icy vous n'aves qu'a comander. Philipsbourg a capitulé, Cöcknik est pris, les Suédois ont quitté d'eux mesme Dam devant Stettin. Monsieur le Prince d'Orange inopinément revenu de ^{a)} l'armée, on ne scait si c'est de mesintelligence, avecq le Ducq de Villa Hormosa, ou de sa fievre ou de peur de ^{b)} la dissanterie regnant dans l'armée.

In margine inf.: Monsieur Bierman.

- a) *hic sequitur verbum expunctum illegibile.* z) *sic in ms.*
b) *verbum de suprascriptum pro pour expunctum.*

Pielaszkowice, 24 Augusti 1676.

[Stephanus Michael] Radziejowski, canonicus Gnesnensis et Varsaviensis, ad Danielelem Salomons, ministrum regis Poloniae, notificat desideria regis Poloniae [Ioannis III] plures notitias de rebus Sueticis habere cupientis titulumque "Maiestatis" ex parte regis Daniae postulantis.

(Exemplar)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Ce 24 Aoust 1676 à Pielaszkowic.

Monsieur,

J'ay receu celle qu'il vous a pleu m'escrire du 28 du passé, avec la lettre escrite au Roy de Son Altesse Monsieur le Duc de Zell. Sa Majesté

est fort contente de la punctualité de vos lettres et de tout ce que vous luy faites sçavoir, mais il s'estonne que dans toutes vos nouvelles il n'y a jamais rien ou fort peu touchant les affaires de Suede, ce qui est à cette heur le plus curieux. Vous vous enquitteres d'orenavent, s'il vous plait, et tacheres de penetrer tout ce qui est de plus curieux, ne vous remettent pas sur des Ministres de Suede qui sont en nostre Cour, parce que ils en ont le moins. Le Roy vous charge aussi de traiter avec les Ministres du Roy de Dannemarque, afin que le Roy de Dannemarque donne le tistre de Majesté à nostre Roy et le Roy mon maistre luy donnera en mesme temps, afin que les deux lettres ce puissent rencontrer ensemble, puisque toutes²⁾ les Roys sont desia d'accord avec nostre Roy de cela et donnent le tistre de Majesté, n'estant qu'un abus que les Roys ont conservé de ne ce point traiter de Majesté, permettant cet honneur à un de pretendre sur les autres. Et vous faires la grace de m'en donner advis sur cela de vostre negotiation. Je ne doute point que vous ne sçachiés que le voyage de la Reyne est remis au printemps, Monsieur le Marquis de Bethune avec Madame sa femme sont auprès de la Reyne. Nous partons aujourdhuy d'icy pour Jaworow, et de la pour l'armée, pusque l'ennemy s'avance non obstant la mort de Ibrahim Pasza, Szaïttan Pasza est à sa place et commande l'armée.

Je suis, Monsieur,

Vostre tres humble et tres affectionné
serviteur l'abbé Radzieiowsky.

In margine primae paginae sub textu: Monsieur Salomons.

²⁾ sic in ms.

N. 107.

Pinneberg, 27 Junii 1681.

Andreas Pauli de Liliencron, dapifer Pinnebergensis, et Gregorius Kröger ad Danielem Salomons, residentem Polonum in circumscriptione Saxoniae Inferioris,
in re litis cuiusdam de horto intercedentis.

(Exemplar)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Wohledler, vester, königlicher pollnischer wollbetrawter resident.

Demnach s^r Johan Jacob Hiebenen mit copeilich eingelegter klage bei hiesigen gerichte wieder denselben eingekommen, dass er am 20^{ten} laufenden monatss Junij dieses 1681. jahres an dessen in Ottensen belegenen garten in abwesenheit seines gartners die thüre durch einen schmit propria autoritate erofnen und den daselbst stehenden zaun von seinen leuten gewalttätiger weise hinweghauen und vernichten, darauf den garten verschliessen. Nachgehents aber, wieder eröfnen und den abgehawenen busch weckholen lassen. Daneben ratiōe violatæ jurisdictionis Regiæ, restitutionis, damni et præstande cautionis de ulterius non offendando nec turbando angehalten und diess factum mit dreyer gezeugen extrajudicialen aussage bekräftiget. Dasselbe aber also gethan, dass dar-

durch die königliche hoheit des ohrts nicht wenig lædiret den supplicanten schimff und schaden, dessen restitutio, weil ein solcher zaun in etlichen jahren so hoch nicht wieder erwachsen könne, zugefüget worden.

Alss wirt man dannenhero und auss anderen bewegenden ursachen die determination der straffe in punto restitutionis et læsæ jurisdictionis von höhern ohrt erwarten. Inzwischen hiemit dem h. residenten bey würrklicher straffe inhibiret sich hinführo aller ^{a)} dergleichen gewaltthaten gegen den h. supplicanten genzlich zu enthalten, demselben weder vor sich noch durch andere in seinen garten und dessen zubehorungen in keine wege turbiren und zu beeinträchtigen, sondern, da er auff dessen persohn oder wegen seines in königlicher jurisdiction belegenen gartens einige ansprüche zu haben vermeinet, sich an ordentlichen rechten und dessen ausschlage begnügen zu lassen. Mit empfehlung Gottes.

Pinneberg, den 27. Juny anno 1681.

A. P. von Liliencron.

Gregorius Cröger.

In dorso: An dem königl. polnischen residenten Herrn Daniel Salomons.

N. 1.

Decretum.

a) ding expunct.

N. 108.

Pinneberg, 15 Iulii 1680

Andreas Pauli de Liliencron, dapifer Pinnebergensis, et Gregorius Kröger ad usum officii de aspectu iuridico et historico cuiusdam controversiae, quae residenti Polono intercedit.

(Exemplar)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Demnach der königliche polnische resident herr Daniel Salomonsen in puncto prærensæ turbatae possessionis an dem wege von seinem hoffe in Ottensen durch die Pallemalie einen klag libet beim ampte einbringen lassen. Daraus abzunehmen, wie dem concipienten unbekant, dass die in Gott ruhenden graffen zu Holstein Schawenburg, alss sie anfangs die Pallemalie einrichten lassen, verhüten wollen, das keine fuhrweg dadurch gemachet und dieselbe also verdorben wurde, auff der damahls gräfflichen grund und boden einen schlagbaum setzen undt verschlossen halten lassen. Dass auch hernacher ex speciali concessione den einhabern des herrn residenten hoffes die hin- und durchfahrt, und zu dem ende ein schlüssel zu solchem schlagbaum vergünstiget worden, worauss aber dergleichen ius sive possessio vel quasi wie in libello angezogen, auff itzo königlichem grunde nicht zue behaupten.

Alss wirt diesem libello und dem darein vermeintlich allegirten juri hiemit contradicirt. Ess iedoch bey der consedirten hin- und durch-

fahrt von des herrn residenten hoffe durch die Pallemalie vor seine persohn undt leute, auch die jenige, so dahin und wieder abfuhren, wie es vorhin gewesen unndt zu solchem ende zu beiden schlagbeumen biss zue ander weiter k oniglichen verordnunge ihme die schlussel gelassen. Doch mit aussdrucklichen vorbehalt, da hierunter einiger missbrauch, dass etwa von des herrn residenten leuten, denen die schlussel anvertrauet sein, frembde vorgelt oder umbsonst zu verderbunge des weges, durch gelassen werden, dass also dan der herr resident, vorgengig ernster verbietung, seine leute jedes mahl, wan sie dawieder handeln, auff 5 rthlr. straffen, diese buse ihnen in ihrem lohn abziehen unnd bey dem ampte einsenden wolle und solle.

Undt weil sich auch leicht zutragen k onne, das I. K. May^{tt} selbsten oder dero hohen ministri auch landrost und amtman sich dieser durchfahrt gebrauchen wollen, unnd solchen falss die schlussel zur hand sein. So wird hiemit verordnet, das auch bey deme pro tempore verwalter und voigte andere dergleichen schlussel eben messig zu beiden schlagbeumen, ^{a)} in vorgesetzten fällen und anders nichts auff einigerley masse unndt weisse zu bedienen,^{b)} stetig in verwahrunge ^{a)} gehalten ^{b)} werden sollen.

Pinnenberg, den 15. July 1680.

A. P. von Liliencron

Gregorius Kr oger

a)-b) *haec verba linea subducta sunt.*

N. 109.

Varsaviae, 30 Aprilis 1677.

*Ioannes III rex Poloniae
Christiano V regi Daniae
de regis Daniae ablegato, Magno Gioe, diligenter a se excepto et audito
et de responso eidem dato.*

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Ioannes Tertius, Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniae, Volhyniae, Kiioviae, Podoliae, Podlachiae, Smolensciae, Severiae Czernichoviaeque, Serenissimo Principi Domino Christiano V, Daniae, Norvegiae, Vandalorum Gottorumque Regi, Duci Slesvicii, Holsatiae, Stormariae et Ditmarsiae, Comiti in Oldenburg et Delmenhorst, Fratri et Vicino nostro charissimo, salutem.

Serenissime Princeps, Frater et Vicine noster Charissime.

Amicissimae fraternaeque voluntatis studium, quo Maiestas Vestra, Serenissimorum antecessorum suorum ritu, fertur erga me ac Regnum meum, ex literis Maiestatis Vestrae, per Nobilem et Generosum Magnum Gioe, Consiliarium suum, ad nos datis, luculenter percipimus. Cui nos reciproco affectu responsuri, Maiestatem Vestram securam esse desideramus de mutua nostra fraternaque benevolentia deque firmitate amicitiae, quae inter utraque Regna sacrosancte colitur. Utinam et aliis Orbis

Christiani Principibus ea inesset intentio, quae nobis in continuandis amicitii inest, nunquam tot fatalibus Christianitas concuteretur dissidiis, nunquam Ottomanica potentia eas laetabunda Christiadum numeraret clades.

Nobilem et Generosum Magnum Gioe, Maiestatis Vestrae Consiliarium, ea applicatione, quam Generalia Regni Comitia nobis permittebant, audivimus factisque ad nos propositionibus respondimus. Quem peculiari dotatum prudentia, in tractandis negotiis Maiestatis Vestrae singulari dexteritate praeditum ceu fidelem Maiestati Vestrae commendamus ministrum, divinam interea invocantes bonitatem, ut Maiestatem Vestram longaevam esse velit Regnoque eius quantocius tranquillari tribuat. Datum Varsaviae, die XXX mensis Aprilis, anno Domini MDCLXXVII, Regni nostri anno tertio.

Eiusdem Maiestatis Vestrae

a) bonus frater et amicus Ioannes. b)

a) b) manu propria.

N. 110.

Grodnae, 12 Aprilis 1679.

Ioannes III rex Poloniae

Christiano V regi Daniae

de periculo Ottomanico toti Christianitati impendente, ad quam rem regi Daniae fusius explicandam Felicem de Raciborsko Morsztyn mittit.

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Ioannes Tertius, Dei gratia Rex Poloniae, etc., Serenissimo Principi Domino Christiano V, Daniae, etc., Regi, etc., Fratri et Vicino nostro charissimo, salutem et felicitatis incrementum.

Serenissime Princeps, Frater et Vicine Charissime.

Dum contra immensum Ottomanicae potentiae robur amica christianorum Principum auxilia conquirimus et per Ablegatos nostros magnitudinem periculi, a reliqua Christianitate non ita, ut creditur, remoti, nostro exemplo demonstramus, Maiestati quoque Vestrae fraterna studia nostra communicamus, ut qua in eandem propensissimi affectus ferimur teneritudine Maiestati Vestrae fusius ut explicet, mandavimus Generoso Felici de Raciborsko Morstin, Stabuli Magni Ducatus Lithuaniae Vice-Praefecto, Camerario nostro et Ablegato Extraordinario. Commisimus insuper eidem Ablegato nostro illa quoque nostra Regnique nostri Ordinum desideria explicanda, quibus percipiendis eo faciliorem aurem Serenitatem Vestram daturam arbitramur, quo maiori pietatis zelo commune Christianitatis defendendae solet complecti interesse. Reliquum est, ut Serenitatem Vestram iterato de fraterno nostro affectu constanctique amicitia securam esse cupientes, eidem longaevam incolumitatem

et prosperos rerum successus fraterne apprecemur. Dabantur Grodnae Lithuanorum, die XII mensis Aprilis, anno Domini MDCLLIX, Regni nostri anno quinto.

Maiestatis Vestrae

a) bonus frater et vicinus Ioannes. b)

Infra alia manu: Ad Serenissimum Daniae Regem.

a)-b) manu propria.

N. 111.

Hafniae, 1 Septembris 1679.

Felix Morsztyn, legatus extraordinarius Polonus, nomine regis [Ioannis III] regi Daniae [Christiano V]

"contenta propositionis factae Hafniae, die 1.IX.1679".

(Orig.)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Contenta propositionis, nomine Sacrae Regiae Maiestatis et Regni Poloniae factae Sacrae Regiae Maiestati Daniae ab Ablegato Extraordinario Hafniae, die 1 Septembris styli novi anno 1679.

Exposuit, quomodo tempore iniquissimo abrupta, ut solet, cum vicinis pace, Magnus Turcarum Dominus Regnum Poloniae, tredecennialibus iisque multifariis concussum et exhaustum bellis, ante septennium aggressus limitropham Regni Poloniae provinciam, expugnato Cameneco, occupavit. Et quamvis sibi non impune tum statim cesserit violatorum pactorum ausus, quaternis per Sacram Regiam Maiestatem feliciter ad praesens regnantem eo ipso anno Tartarorum castigatus cladibus, nihilo minus tamen sistendus erat ille novercantis fortunae impetus, iis conditionibus pacis, quas tum sors Polona ferebat.

Ac Clementis X^{mi} Pontificis Maximi hortatu, Serenissimi Imperatoris suasu, tandem et generosa liberae gentis deteriores pacis condiciones non ferentis animositate, ductu Sacrae Regiae Maiestatis, Supremi tum Belli Ducis, arma feliciter reassumpta, expugnata ad Chocimum numero eoque selecto cum exercitu Turcicae militiae castra, sequenti anno Ucraina e faucibus Turcicis erepta; tertia aestate turpem in fugam versi ad Leopolim Tauricanorum Principum exercitus, obsidione liberata Trembovlia, Turcarum copiae e finibus Regni excedere coactae; quarta demum aestate invicto ad Zoravnum robore certatum, utque a Sacra Regia Maiestate non indecorae pacis condiciones acceptarentur, ipsa Martis in arena, toties promissum, toties non datum ab Imperatore subsidium, et praematurae^{z)} cum Clementis X^{mi} fatum, tum mutuis bellis excandescens Orbi Christiano, nulla spe auxilii relicta, effecerat.

Eiusmodi pacis confirmatio Constantinopoli allata iam vel hoc ipso minus grata esse incipit, quod Sacra Regia Maiestas Regnique Ordines in spem meliorem erigantur diu desiderato confectae in Christianitate pacis nuntio. Quare in Generalibus Regni Comitibus, dum Sacra Regia Maiestas Resque Publica immensas Regni sui, imo et Christianitatis,

considerat iacturas, ingentia Turcicae potentiae ex fortissimarum provinciarum accessione incrementa, maxime vero, si et in quantum (quod **propediem** timendum) Magnus Moschorum Dux stipendio Transboristernalis Ukrainae cum eodem transigat hoste, iam tum sexaginta ad minimum millium sclopetariorum Cosacorum auge tumidior Turca, quid ni totam perditum eat Poloniam, quae si tantae impar potentiae succubuerit tributariasque dextras (quod avertant Superi) invictos bello equitatus eidem iunxerint, de reliqua Christianitate vix non actum esset, patula iam invasori restaret Germania, quem a reliquo orbe nec ipsius maris deterreret interiectio.

His itaque Sacra Regia Maiestas cum Ordinibus Regni consideratis, fraternam christianorum Principum pulsat pietatem, nolint propriae in Antemurali suo deesse securitati Poloniamque propriis hucusque viribus communi resistantem hosti, charitativis iuvent subsidiis.

Compellat inter primos Serenissimum Daniae Regem, quatenus omni caeteros christianos Principes potentia, pietate et gloria adaequans, Sacrae Regiae Maiestati Reique Publicae Poloniae in hoc discrimine suis cum copiis adesse et auxiliari dignetur. ^{a)} Datum ut supra, Hafniae.

Felix Morstin de Raciborsko, Sacrae Maiestatis Regiae Legatus, manu propria.^{b)}

a)-b) *manu propria.*

z) *sic in ms.*

N. 112.

ex castris in Silesia, 25 Augusti 1683.

*Ioannes III rex Poloniae
Christiano V regi Daniae
ad liberandam ab obsidione Turcica Viennam se parans, regis Daniae
operam expetit in facienda hosti in mari Mediterraneo diversione,
qua in re ablegatum suum marchionem de Brisacier mittit.*

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Ioannes Tertius, Dei gratia Rex Poloniae, etc. Serenissimo Principi Domino Christiano V, eadem gratia Daniae, etc. Regi, etc. Fratri et Vicino nostro charissimo, salutem et omnis felicitatis mutuique affectus continuum incrementum.

Serenissime Princeps, Domine, Frater Charissime.

Ut Christiani Orbis prospecturi securitati, ita propensionis nostrae, quam ad bella Domini gerenda constantem habemus, satisfacturi, iam in armis et itinere sumus ad eliberandam ab immani obsidione Viennam. Cumque in hac expeditione nostra in omnes reflectimur partes, ut christianum quaquaversus contra infideles accendamus Martem, constituimus etiam in Mare Mediterraneum aliquot mittere navigia ad faciendam eidem hosti diversionem. Ad quod negotium exequendum Magnificus Marchio de Brisacier, Comitum de Brzezic vetustissima in Regno nostro familia et principalioribus iuncta prosapiis oriundus, cum

nobis vere christiana et Polona generositate suam obtulerit operam, eam ut libenter amplectimur, ita eidem armandarum aliquot navium sub signis et auspiciis nostris in Mare Balticum, ad faciendam Turcis diversionem educendarum, commisimus curam, fraterne a Maiestate Vestra desiderantes, ut praedictum Magnificum Marchionem, qui coram Maiestate Vestra titulo Ablegati nostri Extraordinarii comparebit, pro magnanimitate sua, pro solito erga nos affectu proque pietate in Rem Christianam singulari non gravetur cumulare iuvamine, circa accelerandam hancce contra christianum hostem intentionem nostram, quam idem Magnificus Marchio uberius explicabit. Quo genere officii Maiestas Vestra et fraternam nostram adaugebit reciprocationem et propriae litabit gloriae. Dabantur ex castris nostris in Silesia, die XXV Augusti, anno Domini MDCLXXXIII, Regni vero nostri X^o anno.

Eiusdem Maiestatis Vestrae
a) bonus frater Ioannes.^{b)}

a)-b) *manu propria.*

N. 113.

Varsaviae, 11 Septembris 1694.

*Ioannes III rex Poloniae
Christiano V regi Daniae
de damnis subditis suis a subditis regis Daniae illatis resarciendis, qua
in causa legatum mittit.*

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Ioannes Tertius, Dei gratia Rex Poloniae, etc. Serenissimo Principi Domino Christiano V, Daniae, etc. Regi, etc. Fratri et Vicino nostro charissimo, salutem et omnis felicitatis continuum incrementum.

Serenissime Princeps, Frater et Vicine noster Charissime.

Ita a natura comparatum est, ut quos vel similitudo rerum casuumque, vel eadem necessitas iungit et stringit, facile ad se referantur mutuoque sese respiciant. Hinc ubi partes belligerantes subditis nostris, neutralitate fretis, non absimiles iniuriarum damnorumque in negotiis maritimis casus et damna inferre praesumunt, quae Maiestatis quoque Vestrae subditos, simili neutralitate gaudentes, pertulisse contigerat, haec ipsa, praeter veteres Regni nostri cum eadem amicitias iuraque vicinitatis, iniuriarum similitudo voluit ad Maiestatem Vestram sese referri. Eamque dum fusius expositurus est Ablegatus noster Extraordinarius, Generosus Antonius Moreau, Maiestas Vestra pro eo, quo complectimur vinculo neutralitatis, navatura est tum auctoritatem, tum opem suam consiliumve, qualiter subditi nostri in praeteritum satisfacti, in futurum a similibus damnis sint immunes et tuti. Quod ubi de uberrimo Maiestatis Vestrae erga nos affectu certo pollicemur, eidem faustos fortunatosque rerum eventus cum optima precamur valetudine. Dabantur Varsaviae, die 11 mensis Septembris, anno Domini MDCXCIII, Regni Nostri XX.

Maiestatis Vestrae
a) bonus frater et vicinus Ioannes.^{b)}

a)-b) *manu propria.*

Hafniae, 23 Ianuarii 1698.

Bort, secretarius Galliae,
ignoto

aegritudine impeditus, missas sibi in ciphra litteras nondum perlegere potuit.

(Orig., autogr.)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Monsieur,

J'ay receu il y a deux jours une lettre de Suede, mais mon mal m'a empeché de la pouvoir dechiffrer jusques à cette heure, et comme j'y trouve des choses que Son Excellence Monsieur de Jessen trouveray dignes de la curiosité de Sa Majesté le Roy vostre maistre, je vous prie de le supplier de trouver bon que vous me fassiez l'honneur de venir icy, afin que je puisse vous les communiquer, n'estant pas en estat presque de quitter mon lit.

Je suis, Monsieur,

Vostre tres humble et tres obeissant serviteur

A Copenhague le 23 Janvier 1698.

Bort.

Hafniae, 27 Ianuarii 1698.

Bort, secretarius Galliae,

ad quendam dignitarium [de Jessen?]

in causa intercessionis regis Daniae Christiani V pro navibus Gedanensibus.

(Orig., autogr.)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Monsieur,

Ne pouvant avoir l'honneur d'aller chez Vostre Excellence à cause d'une petite fièvre qui me tient au lit depuis quelques jours, je suis obligé, Monsieur, de luy escrire pour luy^{a)} faire savoir que l'entremise du Roy vostre maitre au sujet des vaisseaux de Danzig, arrestez icy, estant celles^{z)} qui pouvoit estre le plus agreable au Roy mon maitre, il veut bien à la consideration du Roy de Dannemarck escouter les justifications de la part des Danziquois, mais ce n'est pas une simple lettre qui peut^{b)} justifier leur conduite, et s'ils veulent en obtenir le pardon, il faut qu'il^{z)} envoient des deputez pour rendre compte au Roy mon maitre de ce qu'ils ont fait.

Je supplie tres humblement Vostre Excellence de me faire l'honneur de me continuer la mesme bonté qu'elle m'a temoigné jusques icy et d'estre persuadé que suis avec toute sorte de respect,

Monsieur

de Vostre Excellence

le tres humble et tres obeissant serviteur

A Copenhague le 27 Janvier 1698.

Bort.

In folio sequenti: Communiqué par le Secretaire de France.

a) verba: pour luy in ms. bis scripta sunt. z) sic in ms.

b) sequitur verbum expunctum: les

s.l., [ante 17 Martii 1698].

Prima adumbratio tractatus inter Christianum V regem Daniae et Augustum II regem Poloniae ineundi.

(Conceptum secundum; adest etiam conceptum primum, cum multis correctionibus, manu Thomae Balthasari de Jessen scriptum)

T.K.U.A. Polen A.II.10.

Project

zu einem nähern vernehmen zwischen Ihr. Königl. May^{tt} undt Ihr. Königl. May^{tt} von Pohlen.

1. Dass die vorige anno 1694 errichtete undt im ^{a)} Julio ^{b) c)} 1697 expirirte alliantztractaten pro fundamento der gegenwertigen gesetzet undt renewret, undt so weit sie nicht durch diese nähere alliance verendert in allen ihren clausulen undt articulis bestättiget worden.

2. Dass diese alliance mit auf Ihr. Königl. May^{tt} von Pohlen als könig extendiret, undt folglich Ihr. Königl. May^{tt} die versprochene hülffe auch alsdan zu leisten gehalten seyn sollen undt wollen, wan gegen Ihr. Königl. May^{tt} von Pohlen sich eine innerliche unruhe anspinnen undt andere frembde puissances zu Ihr. Königl. May^{tt} nachtheil sich darinnen thätlich mischen solten.

